CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
LATINORUM

VOL. XCIII/1B

CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM LATINORUM

EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS


ACADEMIAE SCIENTIARUM AUSTRIACAE

VOL. XCIII/1B

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

Wien 2011

SANCTI AUGUSTINI OPERA



ENARRATIONES IN PSALMOS 1–50

PARS 1B:

ENARRATIONES IN PSALMOS 18–32 (SERMONES)

EDIDIT

CLEMENS WEIDMANN

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

Wien 2011



ÖAW

Vorgelegt von w. M. Kurt Smolak in der Sitzung
am 17. Dezember 2010

Gedruckt mit Unterstützung des
Fonds zur Förderung der wissenschaftlichen Forschung

FWF Der Wissenschaftsfonds.

Zur Erstellung der Edition wurde das Programm
„Classical Text Editor“ verwendet.

Die verwendete Papiersorte ist aus chlorfrei gebleichtem
Zellstoff hergestellt, frei von säurebildenden Bestandteilen
und alterungsbeständig.

Alle Rechte vorbehalten
ISBN 978-3-7001-7010-5
Copyright © 2011 by
Österreichische Akademie der Wissenschaften
Wien
Druck und Bindung: Prime Rate kft., Budapest
http://hw.oeaw.ac.at/7010-5
http://verlag.oeaw.ac.at

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

Praefatio 7
Quando vel ubi Augustinus psalmos exposuerit 8
De codicibus et testimoniis 9
De codicum cognatione 15
Quare stemma delineari non possit 25
De huius editionis ratione 26
Conspectus siglorum 28
Abbreviationes et signa in apparatibus adhibita 32

In psalmos
In psalmum XVIII 33
In psalmum XXI 48
Sermo 166A (olim in psalmum XXV) 73
In psalmum XXVI 92
In psalmum XXIX 119
In psalmum XXX 144
In psalmum XXXI 206
In psalmum XXXII 254

PRAEFATIO

Hoc volumine continetur editio critica eorum sermonum, quibus Augustinus psalmos XVIII, XXI, XXV, XXVI, XXIX–XXXII apud populum exposuit. Expositio psalmi XXV, quamquam in bibliotheca Hipponensi non inter ceteras enarrationes psalmorum, sed inter sermones habebatur ideoque in consequentibus sermo 166A (in Eph. 4, 21–28) appellatur,[1] tamen in hoc volumen suscipitur, ne ab enarrationibus, quibuscum in codicibus manuscriptis traditur, separetur.

Nullus est codex, qui hos tantum sermones, quos hic in publicum proferimus, contineat. Nam plerique libri manu scripti sermones alternis vicibus una cum brevioribus expositionibus dictatis, quas superiore volumine edidimus, tradunt; nonnulli carent quibusdam sermonibus.[2] Exstant autem aliquot codices, qui non plus quam sermones continent, scilicet vetustissimus codex *P*, qui sermones a psalmo XXIX usque ad primam partem psalmi XXXVI,[3] et huic quadam cognatione propinquus codex K_2, qui sermones a psalmo XXXI usque ad L continet. A psalmo XXXI nonnullos veteres libros inchoasse etiam ex aliis codicibus cognoscitur. Nam primum codices P_{11} et Mc_3 non habent sermones nisi a psalmo XXXI praecedentibus expositionibus brevibus; deinde codices Corbeienses *C* inter psalmos XXX et XXXI finem vel initium librorum faciunt; denique multi codices sermonem in psalmum XXXI a novo fasciculo inchoant (e.g.: $K\ Ar_1\ G\ Mn_3$); postremo ex titulo illius partis enarrationis in psalmum XXXI,

---

[1] *Cf.* CSEL XCIII/1A, 12; C. Weidmann, Zur Struktur der Enarrationes in Psalmos, in: A. Primmer – K. Smolak – D. Weber (edd.), Textsorten und Textkritik. Tagungsbeiträge, Wien 2002 (ÖAW SBph 693), 105–124 (114–120). – Indic. X^4. 1: *Psalmi expositi a primo usque ad tricensimum secundum. Ex his in populo tractati sunt XVIII, XXI, XXVI, XXVIIII, XXX, XXXI, XXXII.*

[2] Deest sermo in psalmum XVIII in codicibus familiae χ, desunt sermones in psalmos XXI et XXV in codicibus familiae ε_2.

[3] *Cf.* CSEL XCIII/1A, 13–16.

quam codices *S* et *K* sermonibus psalmi XXXII interponunt, colligere licet horum codicum exemplar hinc initium fecisse. Legitur autem sic: *Aurelii Agustini episcopi ecclesiae catholicae* (*ecclesiae catholicae* om. K) *tractatus de psalmis* (*psalmo* K) *in ss.* (*sanctis* K) *in populis habitis* (*populo huius* K). Reperiuntur autem etiam quaedam, quibus appareat enarrationes a primo usque ad XXIX in unum librum collectam esse; nam codices *S* et *K* praebent hanc adnotationem ex exemplari petitam: *Finiunt exposita psalmorum a primo usque vigesimum VIIII.*

Quando vel ubi Augustinus psalmos exposuerit

Ex sermonum titulis cognoscimus sermones psalmorum XXXI et XXXII Carthagini habitos esse, scilicet psalmum XXXI in basilica Restituta quinta feria, psalmi autem XXXII priorem partem in Mappalibus vigiliis sancti Cypriani, posteriorem ad Mensam sancti Cypriani quarta feria.[4] De ceteris sermonibus nihil certi proferre possumus, nisi psalmum XXI ante pascha Hippone expositum esse, psalmum XXX paulo post festivitatem Petri et Pauli extra Hipponem,[5] psalmum XXXII post concilium Carthagini anno CCCCIII de causa Donatistarum habitum.[6] Multa, quae ad tempus vel locum definiendum ab hominibus doctis prolata sunt, videntur esse incerta.[7]

---

[4] De his basilicis Carthaginensibus vide L. Ennabli, Carthage, Une métropole chrétienne. Du IVe à la fin du VIIe siècle, Paris 1997, 21–31.

[5] *Cf.* 30/2, 1, 3, 36*sq.*: *quod audivimus natali apostolorum die*; 30/2, 1, 16, 5*sq.*: *ut psalmo peracto proficiscamur*. Sermo tertius postridie sermonem secundum est habitus; cf. 30/2, 2, 14, 29*sq.*; 30/2, 3, 3, 3.

[6] *Cf.* 32/2, 2, 29. Plerique existimant res narratas optime concilio anni 403 convenire.

[7] De his studiis vide quae Hildegund Müller copiose disseruit in: Enarrationes in psalmos, Augustinus-Lexikon, vol. 2, Basel 1996–2002, 804–858 (prae ceteris 809–812; 825*sq.*).

De locis sacrae scripturae ante sermones recitatis Michael Margoni-Kögler nuper haec protulit:[8] Ante sermonem in ps. 18/2 cantabantur versus Ps. 18, 13*sq.* (*cf.* 18/2, 1, 1*sq.*) legebaturque fortasse Luc. 15, 11–32 (?; 18/2, 3. 6. 15); ante in ps. 21/2 legebatur Matth. 26, 6–13; sermonem 166A praecedebant lectiones Eph. 4, 21–28 (*cf.* serm. 166A, 1–4), Luc. 8, 23*sq.* (*cf.* serm. 166A, 5) et Ps. 25, 9 (*cf.* serm. 166A, 5, 36; 12, 37); sermonem in ps. 26/2 aliqui versus eiusdem psalmi (*cf.* 26/2, 1, 5); sermonem in ps. 29/2 Sap. 5, 1–9 (*cf.* 29/2, 8, 8) et Ps. 29, 2 (*cf.* 29/2, 1, 1) et Marc. 9, 42–48 (29/2, 1, 14); sermonem in ps. 30/2, 1 fortasse Ps. 30/2 (?; *cf.* 30/2, 1, 5) et certe Matth. 21, 38–42 (*cf.* 30/2, 1, 10, 41); sermonem in ps. 31/2 aliquot versus epistolae ad Romanos (sive inde a Rom. 3, 23 sive inde a 4, 1 usque ad 4, 8; *cf.* 31/2, 1–8); sermonem in ps. 32/2, 1 praecedebat Ps. 32, 2 (*cf.* 32/2, 1, 4) et sermonem in ps. 32/2, 2 Ps. 32, 5 (*cf.* 32/2, 2, 2, 2). His fortasse est addendum locum Prov. 4, 27 ante sermonem in psalmum XXXI esse lectum (*cf.* 31/2, 1, 41).

De codicibus et testimoniis

Cum iam in superiore volumine omnes codices ante annum 1100 scriptos,[9] qui enarrationes in psalmos I–XXXII continent, enumeraverimus, hoc loco sufficiat breviter eos codices recensere, quibus in textu constituendo nitimur, quorum maxima pars in eodem volumine superiore copiosius descripta est.

A Augiensis, nunc Darmstadt, Hess. Landes- u. Hochschulbibl. 897, s. IX vel in insula Augiae Divitis (Reichenau) vel Constantiae descriptus continet in ps. 1–50, sed desunt

[8] M. Margoni-Kögler, Die Perikopen im Gottesdienst bei Augustinus. Ein Beitrag zur Erforschung der liturgischen Schriftlesung in der frühen Kirche, Wien 2010 (ÖAW SBph 810), 390–407. 545–547.

[9] *Cf.* A. Wilmart, La tradition des grands ouvrages de S. Augustin. IV. Les Enarrations, Miscellanea Agostiniana II, Roma 1931, 295–315.

propter mendosum exemplar nonnulla, scilicet 30/2, 2, 12, 11–3, 4, 46; 30/2, 3, 10, 10–12, 44.

Ar$_1$ Arras, Bibl. mun. 547 (olim 618), s. XI conscriptus continet in ps. 1–50. Exciderunt singula folia inter ff. 30 et 31 (18/1, 10, 5–19, 5, 1; quae lacuna cum ampla non sit, sermonem in psalmum XVIII ab origine defuisse veri simile est), ff. 32 et 33 (21/1, 17, 1–21/2, 2, 5), ff. 34 et 35 (21/2, 17, 8–26, 23); ff. 40 et 41 (sermo 166A, 5, 5–9, 17); ff. 48 et 49 (26/2, 20, 18–27, 3, 4); ff. 59 et 60 (30/2, 1, 7, 1–10, 19); ff. 60 et 61 (30/2, 1, 13, 16–2, 2, 3); ff. 75 et 76 (31/2, 18, 11–21, 21); ff. 81 et 82 (31/2, 1, 9–2, 4; in iteratione; *cf.* infra p. 19); ff. 84 et 85 (32/2, 2, 10, 4–14, 8).

C Duo codices, alter Paris, Bibl. nat. lat. 12171, s. VIII exeunte litteris minusculis Maurdramni in monasterio Corbeiensi, alter Paris, Bibl. nat. lat. 12172, s. IX ibidem minusculis carolinis conscriptus, continent in ps. 1–30 et 31–40. Expositio psalmi XVIII ab origine defuisse videtur, sed manu posteriore foliis postea illigatis (ff. 101r–108r) ita conscripta est, ut finis expositionis XVIII folio 109r eraderetur et in calce folii 100v repeteretur. Uterque a Maurinis adhibitus est (= Corbeiensis).

F Firenze, Bibl. Laur. XVI dext. I, s. XI binis columnis conscriptus continet in ps. 1–83.

f$_{11}$ Codicis Bruxelles, Bibl. roy. IV 45, s. IX in monasterio Stabulensi (Stavelot) exarati fragmenta tantum exstant, scilicet in ps. 18/2; 26/2, 1, 1–5, 12; 31/2, 16, 21–18, 36; 32/2, 2, 15, 6–17, 20.

f$_{14}$ Karlsruhe, Bad. Landesbibl. Cod. Aug. perg. CLXXXVII, s. IX conscriptus servat in foliis 31r–32r initium sermonis in psalmum XXXI (in ps. 31/2, 1, 1–38; ibid. 3, 3–4, 1) praecedente titulo sermonis. De hoc codice vide CSEL 91, 51*sq*.

f_{19} Schaffhausen, Staatsarchiv, St. Georgenamt, LF 2 continet duo folia s. IX conscripta, quibus liber recentior erat involutus. Legi possunt nonnulla ex in ps. 32/2, 2, 1, 8–4, 16 et ibid. 14, 11–16, 3. Contulit Rudolf Gamper.

F_5 Firenze, Bibl. Laur. S. Marco 627, s. XI conscriptus continet in ps. 1–50.

G St. Gallen, Stiftsbibl. 162, s. IX conscriptus continet in ps. 1–35. Excidit unum folium inter pp. 256 et 257 continens verba ab 31/2, 12, 24 usque ad 15, 29, alterum inter pp. 264 et 265 continens verba ab 31/2, 26, 19 usque ad finem sermonis. Haud aliter atque in codice *A* deest locus 30/2, 2, 12, 11–3, 4, 46; quam lacunam scriptor ipsius codicis ex exemplari familiae α_2 et *P* propinquo sic complere studebat, ut ea quae desunt verba una cum iis, quae locum 30/2, 3, 11, 8 sequuntur, insereret. Ita fit, ut nonnulla in hoc codice bis legantur (= $G_{(2)}$); quae admonitione in margine p. 222 posita praetermittenda significantur.

K Köln, Erzbischöfl. Diöz. u. Dombibl. Cod. Dom. 63 a tribus sororibus sanctimonialibus in monasterio Chelles conscriptus continet in ps. 1–50.[10]

K_2 Köln, Erzbischöfl. Diöz. u. Dombibl. Cod. Dom. 64, s. IX/X in Germania conscriptus, continet in ps. 31–50. Folium primum inter ff. 7 et 8 habet locum suum.

Lx_2 Luxembourg, Bibl. nat. 109, anno cc. 900 in monasterio Epternacensi scriptus continet in ps. 1–50; sed absunt sermones in psalmos XXI et XXV.

Mc_2 Monte Cassino, Bibl. dell'Abbazia Cod. 26 scriptura beneventana exaratus continet in ps. 1–71. Desunt capitula 1–5 sermonis 166A, quae nihil ad psalmum exponendum va-

[10] In 30/2, 2, 14, 17 additur vox *hinc* qua in exemplari scriptor hinc initium scribendi facere iubebatur.

lere videbantur, et capitula 1–2 in ps. 26/2, in quorum loco initium expositionis dictatae (in ps. 26/1, 1) habetur.

Mc$_3$ Monte Cassino, Bibl. dell'Abbazia Cod. 57, anno 1023 scriptura beneventana exaratus continet expositiones dictatas psalmorum I–XXX et sermones psalmorum XXXI–LXIX adiectis nonnullis Hieronymi aliorumque expositionibus.

Mn$_3$ München, Bayer. Staatsbibl. Clm 3736, s. XI conscriptus continet in ps. 29/2–35, 6.

N Namur, Musée Archéol. 1, s. IX trinis columnis exaratus continet in uno volumine in ps. 1–150.

Na$_1$ Napoli, Bibl. naz. VI. B. 4, s. XI scriptus continet in ps. 1–78.

P Paris, Bibl. nat. lat. 9533 (Suppl. lat. 118 B), s. VI loco ignoto, fortasse in Hispania conscriptus continet in ps. 29/2–36/1 (CLA V 587), quo codice editio *cc* parum utebatur (*P*). Folio exciso deest in ps. 30/2, 1, 6, 10–36. Vacant ff. 98v, 101r, 102v, et maxima pars folii 139v.

P$_{11}$ Paris, Bibl. nat. lat. 1983, s. XI in monasterio Epternacensi descriptus continet expositiones dictatas I–XXXII et sermones psalmorum XXXI–L.

P$_8$ Paris, Bibl. Mazar. 597 (280), s. XII descriptus continet in ps. 1–50.

R Roma, Bibl. Angel. 1085, s. XI conscriptus continet in ps. 1–50.

Ri$_1$ Comune di Rio Elva, Archivio Storico Nr. 1 continet fragmentum unius folii s. X/XI conscripti, quod s. XV ad cooperiendum librum recentiorum adhibebatur.[11] Exstant in ps. 30/2, 3, 5, 5–10, 25 et 30/2, 3, 11, 10–31/2, 1, 21.

[11] *Cf.* P. Zahn, Enarrationes in Psalmos: Ein neugefundenes Handschriftenfragment aus dem zehnten Jahrhundert. Werkstattbericht zu Fragen der Schrift-, Einband- und Textgeschichte. In: Bibliothekswissenschaft

Ro$_{11}$ Rouen, Bibl. mun. 458 (A 102), s. XII in monasterio Gemmeticensi conscriptus continet in ps. 1–50 (Gemmeticensis apud *ma*).

S Salzburg, St. Peter Stiftsbibl. a X 4, s. IX ineunte in monasterio Sancti Amandi conscriptus continet in ps. 1–50.

Sh$_1$ Schaffhausen, Minist. bibl. 15, s. XI ex. conscriptus continet in ps. 1–50.

Wi$_{14}$ Wien, ÖNB lat. 669 (Rec. 3084), s. XII exeunte exaratus continet in ps. 1–50.

X Bruxelles, Bibl. roy. 5469 (Kat. Nr. 1067), s. XI in monasterio Gemblacensi conscriptus continet in ps. 1–50.

Y Orléans, Bibl. mun. 45 (42), s. X in monasterio Floriacensi exaratus continet in ps. 1–50 (Floriacensis apud *ma*).

Zh$_1$ Zürich, Zentralbibl. Car. C 10, s. X exeunte in oppido Würzburg conscriptus continet in ps. 1–50.

Insuper aliquot opera et excerpta aliorum auctorum contulimus, qui Augustini expositionibus utuntur:

Beda Beda in collectaneis in apostolum nonnulla ex enarrationibus excerpta exhibet, scilicet 29/2, 9 (frg. 153 Fransen); 30/2, 1, 2 (frg. 246); 30/2, 1, 4 (frg. 334. 194); 30/2, 1, 6 (frg. 18); 30/2, 1, 13 (frg. 239); 30/2, 2, 13 (frg. 309); 30/2, 3, 2 (frg. 335); 31/2, 2*sq.* (frg. 21); 31/2, 9 (frg. 22); partem sermonis 166A (capp. 1–3) Beda mediante Caesario (*Caes*) in suum usum vertit (frg. 325). Contulimus codicem Rouen, Bibl. mun. 147.

Caes Caesarius, Arelatensis episcopus, sermonis 166A eam, quae non ad psalmum XXV pertinet (capp. 1–5), partem paucis tantum mutatis ad proprium componendum sermonem

---

in Berlin, Wiesbaden 1999, 60–83; id., Sankt-Maximin-Görres-Berlin. Zu einer Variante im Text von Augustinus' Psalmenkommentar (En. Ps. 30, 2, 3), in: Scrinium Berolinense. T. Brandis zum 65. Geburtstag (edd. P. J. Becker et al.), 2 voll., Berlin 2000, 234–245 (vide infra ad 30/2, 3, 5, 36).

adhibuit (Caes. sermo 180; CC 104, 730–734). Ab hoc pendet Bedae excerptum ex sermone 166A.

Cass Cassiodorus, cum ad commentarios psalmorum componendos multa ex Augustino sumpsisset, sine dubio exemplar, quod ad familiam α pertinet, in manibus habuit; quod ex quibusdam locis apparet, e.g. 18/2, 1, 12; 21/2, 15, 6. Ad textum autem constituendum nullius erat pretii.

e_2 Einsiedeln, Stiftsbibl. 18 (576), s. VIII/IX in Italia superiore conscriptus continet expositionem quandam psalmorum praecipue ex Augustini Cassiodorique commentariis compilatam. Cuius codicis lectiones cum vix quidquam ad textum constituendum conferant, haud plus quam aliquot lectiones ex in ps. 31/2 et 32/2 in apparatu critico indicavimus.[12]

e_3 Defloratio, quae dicitur, psalmorum collata est secundum codices München, Bayer. Staatsbibl. Clm 14176 et Karlsruhe, Bad. Landesbibl. Aug. perg. CLII, utroque codice s. IX compilato. Continet autem haec excerpta: 18/2, 13–15; 26/2, 6; 30/2, 1, 12; 31/2, 5. 6*sq.* 17; 32/2, 12.

e_4 Aliud excerptum enarrationum in psalmos 1–150 exstat in codicibus G_1 (St. Gallen, Stiftsbibl. 156, s. IX, ff. 28–92), P_{18} (Paris, Bibl. nat. lat. 2819, s. XI, ff. 29r–44r), P_{27} (Paris, Bibl. nat. lat. 2154, s. XI, ff. 78v–85r). Contulimus codices P_{18} et P_{27}, qui continent 18/2, 3, 34*sq.*; 26/2, 20, 13–17; 29/2, 19, 11–14; 30/2, 1, 5, 6–9; 30/2, 3, 3, 29*sq.*; 31/2, 1, 35–48; 31/2, 12, 24–28; 32/2, 2, 4, 7*sq.*; 32/2, 2, 5, 17*sq.*

Flor Flori Lugdunensis ex operibus sancti Augustini in epistolas Pauli apostoli excerpta iuxta codicem Troyes, bibl. mun. 96, s. IX adhibuimus, scilicet 30/2, 1, 5. 6; 30/2, 3, 7; 31/2, 2–5. 6–7. 9.

---

[12] *Cf.* G. Morin, Le commentaire inédit sur les LXX premiers psaumes du ms. 18 d'Einsiedeln, RBen 25 (1908), 289–295.

s_2 Vat. lat. 5758, s. VII in monasterio Bobbiensi conscriptus continet collectionem sermonum Augustini, quae dicitur Bobbiensis; cuius collectionis loco septimo decimo (pp. 212–217) habetur sermo, qui ex in ps. 83, 8 et ex prima ultimaque parte capituli 8 sermonis in ps. 26/2 paucis tantum mutatis compilatus est.

s_3 Alia sermonum compilatio habetur in codicibus Verona, Bibl. Cap. Cod. X. 8, s. VII/VIII eiusque apographo Venezia, Bibl. naz. Marc. 2402, s. IX[1].[13] Exstant excerpta ex 32/2, 1, 10–12.

w St. Gallen, Stiftsbibl. 317, s. IX conscriptus continet excerpta Walahfridi in psalmos 1–76, quorum paucae tantum lectiones huic editioni utiles erant, praesertim excerpta inde a psalmo vicesimo sexto.

In apparatu testium indicamus alia quoque excerpta, quae diversi auctores in suum usum verterunt (*cf.* ad sermonem 166A, 4, 25*sq.* et in ps. 26/2, 4, 22*sq.*; 30/2, 2, 13, 13; 32/2, 1, 1, 5–7).

De codicum cognatione

Ex recensione eorum quos supra commemoravimus codicum collegimus tres subarchetypos, scilicet familiam α ex Italia oriundam, familiam Franco-Gallicam κ, familiam Gallicam ϕ. Hae omnes certis indiciis erroribusque in inferiores quasdam familias dividuntur. His accedit codex vetustissimus *P*, quem nulli familiae adiungere potuimus.

Subarchetypus $\boldsymbol{\alpha}$ constat ex duabus familiis α_1 et α_2, e quibus $\boldsymbol{\alpha_1}$ (= P_{11} Mc_3) non nisi sermones in psalmos XXXI et XXXII continet. Etsi saepissime alter ab altero aberrat aliisque codicibus coniungitur, codices P_{11} et Mc_3 his erroribus communibus ex communi fonte provenire cognoscuntur:

---

[13] *Cf.* R. Étaix, Un ancien codex de Vérone et sa reprise par Pacificus de Vérone. Mss. Vérone, Cap.X, et Venise, Marc. 2402, RBen 96 (1986), 225–249.

31/2, 6, 18: ipse] se (*del.*; *om. cett.*); 31/2, 19, 11: refugiunt] refugium; 31/2, 26, 4: quid] quando *add.*; 32/2, 1, 3, 2: quod] quando; 32/2, 1, 11, 3: qui] cum; 32/2, 2, 4, 10: domino *om.*; 32/2, 2, 18, 14: de *om.*

Nonnumquam haec familia sola textum minus corruptum praebet, e.g.: 31/2, 6, 45: *appellarim] appellari; 31/2, 9, 5: merita tua. Eidem familiae attribuendum videtur fragmentum brevissimum f_{14} quod nonnullos errores habet quos et Mc_3, e.g.:

31/2, 3, 23: sua *om.* $Mc_3 f_{14}$ *Beda*.

Maiore iure codices $F\ Mc_2\ Na_1$ in familiam $\boldsymbol{\alpha_2}$ colliguntur, ut ex erroribus coniunctivis elucet:

18/2, 1, 1*sq.*: deprecatio ad dominum ab occultis nostris munda nos et ab alienis parce servo tuo; 18/2, 15, 29: curaretur] curreret; 21/2, 2, 5–7: ipsius ... loco *om.*; 21/2, 18, 3: extensio] in extensione; 21/2, 31, 12*sq.*: propter possessiones quia non sunt tuae *tr.*; sermo 166A, 1, 12 exui] exposuit; sermo 166A, 4, 4: prope] pompae; sermo 166A, 13, 35*sq.*: prolaturus est sententiam] prolata est sententia; 26/2, 5, 12 Iob] hoc; 26/2, 8, 20 nos] pios; 26/2, 14, 11 intentione] petitione; 26/2, 19, 10: nec si ipse] ne sub se; 29/2, 6, 10: nostro] non; 29/2, 10, 21: sursum] summum; 30/2, 1, 5, 3: quasi unus] quia sumus; 30/2, 1, 7, 2: ad nos] huc; 30/2, 1, 12, 9: nihil] mihi; 30/2, 1, 13, 26: annosarum] nostrarum; 30/2, 1, 16, 5: debitum ut psalmo] debito; 30/2, 2, 13, 21–23: Paulus ... sortem *om.*; 30/2, 3, 12, 2: veritatem] abundanter; 31/2, 8, 2: illam] aliam; 32/2, 2, 18, 4: enim ... ut ille autem] quomodo ... ita et ille ut; 32/2, 2, 29, 49: numerosiores] assitis *add.*

Ad α_2 pertinet etiam fragmentum Ri_1, quod aliquot erroribus familiae α_2 non est afflictum, e.g.:

30/2, 3, 6, 5: non; 30/2, 3, 6, 11: ista; 30/2, 3, 12, 2*sq.*: mali felices.

Unum certissimum errorem familiae α_2 invenimus etiam apud Bedam:

30/2, 1, 2, 7: excedentia] excellentia $\alpha_2\ Sh_1$ *Beda*.

Nonnulli errores codicum Mc_2 et Na_1, qui et alibi saepius absente *F* in unum concurrunt, pendent ex erroribus codicis *F*, e.g.:

21/2, 31, 27: potens] potes *F*; potest $Mc_2\ Na_1$.

Codex Mc_3, qui pertinet ad α_1, nonnumquam familiae α_2 propius accedit (e.g.: 32/2, 1, 12, 31: iudicares] si *praem.*), multo autem

saepius uni codici Cassinensi Mc_2, secundum quem videtur emendatus:

31/2, 1, 10: confessionem] condicionem; 31/2, 1, 40: impunitatis] impunita (ex errore α_2: impunitas); 31/2, 9, 44: quia ibi sunt et vivunt] ut ibi sint et vivant; 32/2, 1, 1, 19: pantomimus] quanto minus; 32/2, 2, 16, 47: posside] post fidem; 32/2, 2, 29, 50: Tricilarum] triturarum.

Mc_3 et Mc_2 etiam additamentis artius coniunguntur, e.g.: 31/2, 11, 24; 31/2, 12, 16; 32/2, 1, 10, 1.

Pauci sunt loci, quibus utraque familia α sine ullis aliarum familiarum codicibus consentiunt, tamen haud incongruum videtur familiam α ex his codicibus colligere. Certissima exempla sunt haec:

31/2, 14, 9*sq.*] ut exaltantem se humiliet] exaltante se humiliat α et 31/2, 4, 3: hominibus] ab hominibus P_{11} *F* Na_1, ubi Mc_2 simul et Mc_3 videntur esse emendati.

Inde a psalmo XXX codices familiae α maxime cum δ (*cf.* infra p. 22). Praeter multitudinem transpositionum (*cf. e.g.* 31/2, 9, 42) consensus α δ, quibus nonnumquam codex Sh_1 accedit, comprobatur his exemplis:

31/2, 1, 46: fixum] omni *add.* α δ Sh_1; 31/2, 25, 22: defuit] illis *add.* α δ Sh_1; 32/2, 2, 14, 12: tuae] tua et α (*exc.* P_{11}) δ; 32/2, 2, 15, 27: per quae id fiat deteriora] per quem id fiat deteriorem a; 32/2, 2, 19, 3*sq.*: illa hereditas existens; 32/2, 2, 28, 6: quibusdam] quibus α (*exc.* P_{11}) δ ε_2.

Plerumque non nisi pars codicum familiae α cum δ facit, e.g.:

31/2, 8, 8: ergo] autem Mc_3 δ; 31/2, 23, 7: impunita] imposita α_1 δ; 31/2, 25, 15*sq.*: quia ergo] quaero Mc_3 δ; 32/2, 1, 2, 35: subiungensque] te *add.* Mc_3 Mc_2 δ.

Codex ***P*** nulli subarchetypo attribui potest, quia modo huic, modo illi consentit neque ipse ullius codicis exemplar esse existimandus est, propterea quia multas lectiones peculiares praebet, quae aliis codicibus desunt. Praeter alios errores singulares commemoramus frequenter vel verba omitti

30/2, 2, 12, 26; 30/2, 3, 11, 8; 30/2, 3, 12, 38*sq.*; 31/2, 13, 9; 31/2, 18, 16; 32/2, 2, 29, 49*sq.*

vel lectiones difficiliora in faciliora esse mutata:

29/2, 9, 13: implicati] occupati; 30/2, 1, 1, 2: exsculptum] solitum.

Haud parva multitudine errorum cum aliis familiis est coniunctus, e.g.:

29/2, 1, 19: si] quaeramus *add.* $P\ \gamma\ \beta\ \phi$; 29/2, 18, 6: qua] quia $P\ \kappa$; 30/2, 1, 12, 5: unam] vanam $P\ K$; 30/2, 2, 6, 29: male viventes] viventibus male $P\ \delta$; 30/2, 2, 7, 12: modo vereris] moveris $P\ \chi\ C$ (*ac.*).

Tamen *P* ex optima traditione fluens genuinas praebet lectiones, quas in paucis aliis codicibus (praecipue $\alpha\ \delta\ \varepsilon_2$) indagavimus, e.g.:

29/2, 15, 8: sed ... supplicio $P\ \delta\ Sh_1$; *om. cett.*; 29/2, 17, 3 huius $P\ Lx_2$; humilis *cett.*; 30/2, 2, 2, 12: referciuntur $P\ \alpha_2\ Sh_1$; reficiuntur *cett.*; 30/2, 2, 14, 26: affines $P\ \alpha\ \chi\ G_{(2)}$; fines *cett.*; 30/2, 3, 6, 14: amares $P\ Sh_1\ \delta\ G_{(2)}$; 30/2, 3, 12, 2*sq.*: mali felices $P\ Ri_1\ S\ K\ Lx_2\ Mn_3\ Sh_1\ G$.

Proxime codici *P* accedit $G_{(2)}$, quo siglo denotamus eam partem codicis *G*, in qua lacuna textu ex alio fonte hausto completur (30/2, 2, 12, 11–3, 11, 8), e.g.:

30/2, 2, 12, 22: es *om.*; 30/2, 2, 14, 28: iam *om.*; 30/2, 3, 4, 4: etiam *om.*; 30/2, 3, 4, 30: malis *om.*

Loco quodam error codicum $Lx_2\ \delta\ G_{(2)}$ ex errore *P* pendere videtur:

30/2, 3, 8, 40*sq.*: a regula] a regulam *P*; regulam $Lx_2\ \delta\ G_{(2)}$.

Alius liber manu scriptus quadam cognatione cum *P* coniunctus est codex $\boldsymbol{K}_2$ (e.g.: 31/2, 1, 30: labatur] existimet *add.*), qui una cum *P* pristinum quendam statum familiae κ, de qua infra agemus, praestare videtur, e.g.:

29/2, 6, 12: nocere] noceri $P\ F\ \chi\ Lx_2$; 31/2, 6, 32: his *om.* $K_2\ \kappa$; 31/2, 9, 31*sq.*: folia ... inquit ut] verba ut quid et verba tulit et verba arida enim $P\ K_2\ \chi\ \varepsilon_2$; 31/2, 10, 20: unde] ibi $P\ K_2\ P_{11}\ \chi\ Lx_2$; 31/2, 26, 4*sq.*: quid ... benedictum *om.* $P\ K_2\ \chi\ \zeta$; 31/2, 16, 7: nec ... deum *om.* $P\ K_2\ \alpha_1\ \chi$; 32/2, 1, 6, 3: prae ceteris dederit] praeceperit $P\ \kappa\ \varepsilon\ \zeta$; 32/2, 2, 9, 13: ista] ita $P\ K_2\ \kappa$; 32/2, 2, 16, 16: accepit] cepit $P\ K_2\ \kappa$; 32/2, 2, 19, 4: ipsius] ipsos $P\ K_2\ \kappa$; 32/2, 2, 24, 16: tu vides] tu videns $K_2\ P_{11}$; tui videns $S\ K$; 32/2, 2, 28, 10: et *om.* $P\ K_2\ \kappa$.

Alius subarchetypus, quem denotamus siglo κ, constituitur ex codicibus familiarum χ γ β. Hic subarchetypus certissime ex eo comprobatur, quod omnes codices excepto *Y*, qui coniecturarum amantissimus est, primam partem sermonis in psalmum XXXI inter priorem et posteriorem sermonem in psalmum XXXII iterant ($\kappa_{(2)}$). Quare autem codices deterioris familiae β paulo plus habeant quam χ et γ, nobis incertum videtur. Nam huius subarchetypi vetustissima et praestantissima est familia χ, quae ex codicibus *S K Y* efficitur.

Magnus est numerus lectionum peculiarium, quibus familia χ colligitur:

21/2, 1, 7: omni anno] omnia non; 21/2, 28, 30: satiate] adhuc; 26/2, 10, 26: foeda] postea; 29/2, 3, 5: dixerunt] dicunt David; 29/2, 16, 23: ante] unam *S K*; 30/2, 2, 1, 11: duo] dum; 30/2, 3, 9, 3: Iudaea populus] Iudae apostolus *S* (*ac.*) *K*; 31/2, 18, 45: qui reatum] quaeramus *S K*; 31/2, 26, 21: non] con *S K*; 31/2, 26, 38: verum] vestrum; 32/2, 1, 5, 1: id egit] ei digeret; 32/2, 1, 11, 7: nostrum] nomen; 32/2, 2, 2, 27: reddendum] videndum; 32/2, 2, 10, 10: pelli suae] pellis viae (pelles viam *Y*); 32/2, 2, 16, 45: re] si χ γ

Multis locis apparet lectiones *K* ex erroribus *S* pendere, e.g.:

31/2, 4, 10*sq.*: optime tenet] obtimete nec *S*; obtimere nec *K*; *om. Y*; 31/2, 30, 35: et illum] collum *S*; colonum *K*; 31/2, 2, 6, 38: lacertos] lacertus *S*; illa certus *K*; 32/2, 1, 4, 7: fragilitate] flagilitate *S* (*ac.*); flagellitate *K*; 32/2, 1, 8, 17*sq.*: cantandi] cantanti *S*; cantati *K*; 32/2, 2, 1, 5: veritate] vertat *S*; vertatur *K*; 32/2, 1, 12, 24: teneres utrumque] teneris utrumque *S*; teneri futurumque *K*.

Codex *Y* saepe errores, qui sunt in *S* vel in *K*, cum emendare conatur, vel amplius depravat, e.g.:

30/2, 1, 7, 11: misericordiam] misericordi *S*; misericordis cum *K*; misericors eum *Y*; 30/2, 1, 8, 16: quocumque iero] quaecum deero *S* (*ac.*); quaecum ero *K*; quaecum desero *Y*; 30/2, 2, 11, 2: accolentium *S*; acculentium *K*; accurrentium *Y*; 32/2, 1, 5, 38: alter] ac terra *S*; ac tersa *K*; haec terrena *Y*; 32/2, 2, 3, 1: accipio quo eo] accipio queo *K*; accipere queo *Y* ε_1; 32/2, 2, 10, 5: antea mare] tantam re *S*; tanta re *K*; tantum re *Y*; 32/2, 2, 12, 6: iuberis] uberis *S*; haberis *K*; habes *Y*

vel suo Marte lacunas complere conatur:

31/2, 5, 47: illo ergo loco a fide coepit apostolus fides] ille *S K*; qui a fide inchoavit fides inquit *Y*; 32/2, 1, 2, 3*sq.*: ipse nobis placuerit] placerit *S*; placeret *K*; nobis placet quod rectum est *Y*.

In coniecturis saepe cum codice P_8, qui pertinet ad ε_1, concordat, e.g.:

sermo 166A, 4, 13: torqueris] et in futuro postea in inferno miserrime *praem.*; 32/2, 2, 18, 21: huius] possidet ... possideat *add.*

quarum non parva multitudo a Maurinis in textum suscepta est, e.g.:

sermo 166A, 3, 5: ne] et *add.*; 26/2, 21, 6: enim] hoc *add.*; 29/2, 16, 11: inchoata] est *add.*; 31/2, 17, 15: et] quidem *add.*; 32/2, 1, 1, 9: nemo tam] etenim quam; 32/2, 1, 6, 14: abstinens] abstine; 32/2, 2, 25, 8: plana sunt] via plana est.

His interdum adiungitur familia ζ, e.g.:

30/2, 2, 4, 4: evadens] vivens *Y* P_8 ζ; 32/2, 2, 2, 31: accipias] acciperes.

Quamquam familia χ multis erroribus peculiaribus insignis est, tamen saepe ex ceteris antiqua traditione conservata excellit, e.g.: 21/2, 26, 22: Tamugade o; 26/2, 8, 31: sed] se α; sit *cett.* Neque igitur mirum est, quod huic familiae vetera quaedam testimonia concordant. Nam quantum ex paucitate errorum communium cognoscere licet, et excerptum s_3 et *Caes* magis cum lectionibus familiae huius quam aliarum concordat.

Familia χ cum diversis codicibus errores communes praebet, e.g. cum ε_2:

26/2, 2, 13: nos *om.* α_2 *S K* ε_2; 31/2, 9, 19: condicione] dicione *S K* Lx_2; 32/2, 2, 9, 16: dolere] dolore(s) α χ ε_2.

Familiam χ ex duobus exemplaribus descriptam esse non solum ex eo discimus, quod in fine sermonis in psalmum XXIX librum finiri legitur (*cf.* supra p. 8), sed etiam ex cognatione codicum. Nam antea magis cum familia α_2, postea cum γ et β consentit. Ita fit ut in priore parte consensus codicum χ γ β (= κ) non frequenter occurrat nisi comitante familia ϕ.

Familia ***γ*** efficitur ex codicibus *C* et Ar_1, quorum prior magis ad familiam χ spectat, posterior ad familiam β. Uterque manu altera emendatus est: Codex *C* secundum codicem, qui erat Ar_1 finitimus, codex Ar_1 secundum codicem, qui pertinet ad familiam ε. Quorum consensus his paucis exemplis satis demonstretur:

21/2, 30, 12*sq.*: persecutores incendere] persecuturi incedere; 30/2, 2, 12, 26: Pauli] parvuli.

Nonnulli errores familiae γ ex familia χ proveniunt, e.g.:

30/2, 1, 3, 30: in turba $P\ \alpha_2\ \delta\ Lx_2$; itur χ; igitur $\gamma\ \beta\ \varepsilon\ \zeta$; 30/2, 3, 8, 39: veraci] veridicae χ; venaticae γ; veraci β.

Magnus est numerus errorum communium codicum $\alpha_2\ \chi\ C$, qui uno saltim loco genuinum textum praebent (29/2, 6, 33: in occulto vero):

26/2, 10, 34: ut *om.* (*tr.* α_2); 29/2, 1, 36: non inter patrem et homines *om.*; 29/2, 2, 22: faciunt corpus unum] facta sunt corpus; 29/2, 21, 9 autem] mettunas filius baruc erat *quod incertissima de causa ex quadam glossa in textum est illapsum*; 30/2, 3, 6: amares] clamares $\alpha_2\ \chi\ C\ (ac.)\ Lx_2\ Mn_3\ edd$.

Qui consensus etiam absente familia α colligitur, e.g.:

29/2, 9, 24: curarum] horarum χ *C* (*ac.*); 30/2, 1, 3, 5: possumus] passus χ *C* (*ac.*); 30/2, 2, 1, 17*sq.*: afflictione] adliberatione χ *C* (*ac.*); 30/2, 2, 6, 33: res] esse χ *C* (*ac.*); 30/2, 2, 10, 6: laborabat] vas orabat χ *C* (*ac.*).

Ex nonnullis exemplis cognoscimus codicem *C* propius ad *S* quam ad *K* accedere:

30/2, 3, 5, 34: eorum] erunt *S C* (*ac.*); 30/2, 3, 6, 8*sq.*: quod iubet *iter.*

Consensus codicum *R* $Ro_{11}\ F_5$ facit familiam ***β***, quae his erroribus coniunctivis comprobatur:

30/2, 2, 10, 7: vas] in eis; 32/1, 2, 6, 39: poena] quae non.

Multae lectiones ex stirpe γ suam originem habent, e.g.:

21/2, 2, 19: addere] de re γ; derogare β; 30/2, 3, 12, 32: nitebat] tenebat $\chi\ \gamma$; tenebatur β; 31/2, 18, 6*sq.*: inciperet] inceperit *S*; inciperit *K*; coeperit $\gamma\ \beta$; 32/2, 1, 8, 12: si vis] si quis $\chi\ \gamma$; sine β; 32/2, 16, 17: decoloravit] decoravit *S K* γ; dedecoravit β.

Multa per coniecturas aut contaminationes ex aliis familiis textui sunt illapsa, e.g.:

29/2, 17, 5: divitiae] iustitiae χ γ; divites β; 30/2, 3, 6, 14: amares] clamares $\alpha_2 \chi$ *C* (*ac.*); clamasses γ ϕ; amasses β.

Tertius hyparchetypus, quem siglo $\boldsymbol{\phi}$ denotamus, efficitur ex consensu familiarum δ ε ε_1 ε_2 ζ, quarum codices ε ε_1 ε_2 in familiam ε_ω colligimus. Est autem hic hyparchetypus maximo numero codicum et auctoritate editionum veterum latissime divulgatus, etsi eius textus minoris est.

Ecce pauci ex plurimis erroribus coniunctivis subarchetypi ϕ:

21/2, 2, 13*sq.*: id est Iudas ille diceret de illo unguento] illi dicerent de unguento illo; 21/2, 8, 3: quomodo] quam modo γ; quanta modo ϕ; 21/2, 16, 13: remansisti] remansisse; sermo 166A, 12, 11: malorum] multorum; 26/2, 3, 5*sq.*: contenebrari] obtenebrari; 26/2, 16, 17: senectutem] finem; 26/2, 21, 15: animas] manibus; 29/2, 5, 3: in Christo *om.*; 29/2, 10, 25: deorsum] iusum; 30/2, 1, 2, 22: abreptum] abraptum; 30/2, 3, 12, 27: non scitis] nescientes; 31/2, 12, 27*sq.*: non videt] novit; 32/2, 2, 29, 50: Tricilarum] Tricliarum.

Prae ceteris familiis huius subarchetypi longe excellunt familiae δ et ε_2.

Familia δ efficitur ex codicibus *A G*, qui ex Germania australi oriundi plurimis erroribus communibus sunt coniuncti, e.g.:

18/2, 1, 15: nosse] inesse; 18/2, 4, 15: obscuritate] auctoritate; 18/2, 15, 4: tamen] inter; 26/2, 12, 14: numeros] numeras; 29/2, 2, 44: ratiocinatur] rationacitur; 30/2, 2, 12, 11: pendere] proficere; 30/2, 3, 6, 11: tam] aut; 30/2, 3, 8, 20–38 et 30/2, 3, 10, 4–8 ubi plurimi sunt errores peculiares; 31/2, 21, 13sq.: forte incurras] incidas; 32/2, 2, 5, 1: filii] felicis; 32/2, 2, 6, 7*sq.*: satagimus ... nostra] satatra

Ad hanc familiam pertinet fragmentum f_{19} continens partem in ps. 32/2, 2.

Beda duobus locis cum familia δ congruit:

29/2, 9, 20: probavit hic martyres *tr.* δ *Beda*; 30/2, 1, 13, 15: si] sic δ *Beda*

Inde a psalmo XXIX vel XXX δ magis cum α quam cum ϕ congruit. Neque tamen certum locum definire licet, a quo aliud ex-

emplar sit adhibitum, propterea quod textus ex duobus exemplaribus videtur esse conflatum.

Familia ε_2 constituitur ex codice Lx_2 et fragmento f_{11}, quorum consensus multis locis apparet:

18/2, 4, 22: eructatum] fructuatum; 18/2, 13, 13: opertisque] quae ε_2 e_3; 18/2, 15, 13: initium] vitium; 31/2, 16, 24: Mars] mons; 31/2, 16, 34: emphasi] enim quasi Lx_2 f_{11} Mn_3; 31/2, 17, 18: captivus] aptibus; 32/2, 2, 16, 39sq.: suspirare] superare.

Codex Lx_2 multas lectiones habet communes cum codice *P*, qui eo tempore, quo Lx_2 conscriptus est, in monasterio Epternacensi asservabatur:

29/2, 4, 12: est *om.*; 29/2, 9, 19*sq.*: et tentationis *om.*; 29/2, 16, 10: dei *om.*; 30/2, 2, 13, 21: ait] hoc.

Neque tamen eius apographum esse arbitrandum est. Lx_2 saepius medium quendam inter α et ϕ obtinet locum, e.g.:

26/2, 4, 8: persecutor] persecuntur Lx_2; persequa(n)tur β γ δ ε; 26/2, 10, 25: petere] praeterea Lx_2; om. ϕ (*exc.* Lx_2).

Nonnullis locis cum familia α_2 consentit, e.g. in textu biblico in sermone in psalmum XVIII (18/2, 7, 3; 18/2, 15, 2) atque saepius alibi.

Pendet ex hac familia non solum codex Mn_3, qui una cum Lx_2 et Sh_1 quibusdam additamentis vel coniecturis textum faciliorem reddere conatur, e.g.:

29/2, 2, 11*sq.*: in natis mulierum] cui maior in natis mulierum nemo; 29/2, 4, 7: si ergo non incongrue orat pro te *add.*,

sed etiam excerpta Walahfridi (*w*) et deflorationis psalmorum (e_3). Defloratio partim derivatur ex familia α_2, e.g.:

18/2, 13, 11: delicti] delicta; 18/2, 13, 24: iudicia] iudicium; 18/2, 14, 4: non] si; 18/2, 15, 3: est] magnum *add.*)

partim ex familia ε_2, e.g.:

30/2, 1, 12, 5: vitas] dubitas; 30/2, 2, 12, 7: imitationem] cogitationem; 30/2, 2, 12, 21: tu es deus meus *om.*

Familia ε efficitur ex consensu codicum *N* et *X*, qui multis erroribus communibus cohaerent:

18/2, 15, 23*sq.*: porcorum] pecorum; 18/2, 15, 25: deus] dicitur; sermo 166A, 9, 10: liberare] libere; 26/2, 12, 20: digne laudet] dignetur; 29/2, 2, 39: deterit] deserit; 30/2, 2, 1, 27: congaudent] congruent; 31/2, 6, 5: cum ... hominem *iter.*; 31/2, 25, 31: distortus] distructus; 32/2, 2, 5, 14: sine patre] si patrem; 32/2, 2, 16, 30: omnia] animam.

His saepe accedunt codices P_8 et Zh_1 (= ε_1), ille codici *Y*, hic familiae δ propinquus, neuter vero ullius ad textum constituendum pretii, e.g.:

31/2, 16, 19–21: illius ... peccatis *iter.* (*mg.* Lx_2).

Codices familiae ε multas lectiones ex familia δ vel ex familia γ mutuari videntur:

21/2, 31, 1: privata] primata δ ε Zh_1; 31/1, 5, 39: pereant] pereantur δ *N*

30/2, 1, 3, 30: in turba *P* α_2 δ Lx_2; itur χ; igitur γ β ε; 30/2, 3, 13, 10: vestrum] omnes *add.* χ γ ε ζ.

Familiae ε appropinquant codices Mn_3 Sh_1 Wi_{14}, qui vario modo contaminati sunt.

Nam codex Sh_1 plurimas lectiones familiarum α_2

31/2, 15, 29: erat] venerat α_2 Sh_1

vel δ

30/2, 1, 10, 46: quid et] qui dent; 31/2, 12, 4: es ait] et crescis quid dicat

continet atque coniecturis textum studet reddere faciliorem;

cf. e.g. explanationem in 21/2, 24, 5: exivit] Donatus *add.*

Simili modo codex Wi_{14} (=ζ) praecipue ex familiis α_2 β aliisve eligit, e.g.:

31/2, 4, 14: nec] nec dicat δ ε; nec ducat β ζ.

Multae horum codicum coniecturae in textum editionum priorum sunt receptae.

Quare stemma delineari non possit

Etsi plurimos codices certis familiis attribuere licet, tamen fieri non posse videtur, ut stemma effingamus, quo cuiusque codicis cognatio indubie demonstretur. Nam cum singulae familiae modo cum hac, modo cum illa errores coniunctivos praebeant, certum est aut eos, qui codices scripserunt, ex pluribus exemplaribus suum confecisse librum aut eos, qui iis usi sunt, vel aliis codicibus adhibitis correcturas vel ingenio exercitato coniecturas locis difficilibus adnotasse atque ita iis, qui codices erant descripturi, facultatem eligendi praestitisse. Quae cum ita sint, variarum familiarum lectiones ita sunt commixtae, ut nobis, quibus exigua pars codicum praesto est, difficile sit indagare, unde suam quaeque lectio trahat originem. Codicum lectiones esse contaminatas non solum ex hoc probaverim, quod unusquisque trium subarchetyporum α κ ϕ, sicut supra demonstravimus, cum alio erroribus est coniunctus, sed etiam, id quod nobis multo certius videtur, ex hoc, quod uniuscuiusque subarchetypi codices duorum aliorum lectiones in textu coniunctas praebent. Ita et ipse codex vetustissimus, qui a nescio quo emendatus est (*cf.* inter in ps. 35 et 36: *emendabi semel deo gratias*), contaminationi est obnoxius:

32/2, 2, 7, 10: ad] sed K_2 χ γ (*ac. C*) ε_ω Mn_3 *edd*; sed ad PC (*pc.*) β

Codex P_{11}, qui pertinet ad α_1, saepius duas lectiones variantes, quorum una plerumque est codicis Mc_3, combinat, e.g.:

31/1, 5, 6: inquit] enim Mc_3 δ; enim inquit P_{11}; 31/1, 6, 16: ut] et *add.* χ; ut et P_{11} Mc_3; 31/2, 9, 31: folia ... ut] verba aridarum Mc_3; verba ut quid et verba tulit et verba arida P K_2 χ Lx_2; verba aridarum utquid et verba tulit et verba arida enim P_{11}; 32/2, 1, 5, 8: sicut] quo Mc_3; quo sicut P_{11}; 32/2, 1, 6, 43: obriguit] friguit P κ ϕ; obriguit friguit P_{11}.

Haec invenimus contaminationis indicia in familia κ:

26/2, 10, 9: beabit α_2 Sh_1] non illuminabit β ϕ; non illuminabit beabit γ ζ; 32/2, 1, 4, 6: vobis] vos χ; vos vobis γ ζ; 32/2, 1, 7, 15: capillos illos placere] placere capillos suos P; capillos suos capillos illos placere κ ϕ; 32/2, 2, 21, 20: eorum] hominum P ε_ω; eorum hominum S K.

Ad familiam ϕ pertinent codices Sh_1 et ζ, qui contaminationibus abundant:

sermo 166A, 4, 10: et dicit] et dubitat $\gamma\ \beta\ \phi$; et dubitat et dicit Sh_1; sermo 166A, 13, 41: se et] sed α_2; se sed Sh_1; 26/2, 10, 11: quis petis] aut ϕ; quis petis aut Sh_1; 30/2, 3, 11, 6: illi] vos α_2; illi vos Sh_1; 32/2, 1, 9, 17: mutuum commodavimus] mutuum commendavimus α_2 *K*; commodavimus mutuum commendavimus ε Sh_1.

21/2, 2, 28: hodie] diu $\gamma\ \delta\ \varepsilon$; hodie diu ζ; 32/2, 1, 7, 6: parvi] pravi $Lx_2\ \varepsilon$; pravi et parvi ζ.

De huius editionis ratione

Cum stemma constitui non possit, editoris est deliberare, quae lectio potissimum Augustini esse possit. Quantum fieri videbatur, secuti sumus auctoritatem optimae notae codicum, id est familiarum $\alpha\ \chi\ \delta\ \varepsilon_2$ et vetustissimi codicis *P*, e quorum verbis plerumque quid vere dixerit Augustinus elicere posse arbitrati sumus. Qua de causa noster textus multum a Maurinorum differt, propterea quod codicem *P* ignorabant et familias supra dictas haud tanti aestimaverunt, ut magis codices familiarum deterioris notae $\gamma\ \beta\ \varepsilon$ sequerentur. Quamquam saepissime suis quisque codex mendis erat depravatus, tamen ex codicum lectionibus plerumque probabilem textum constituere potuimus. Rarissime igitur necesse esse videbatur textum traditum coniecturis emendare

18/2, 3, 2*sq.*: quod dictum est caeli enarrant, hoc repetitum est annuntiat firmamentum; 21/2, 27, 7: commendat; 21/2, 27, 20 auri; 21/2, 28, 13: edent pauperes et saturabuntur; 21/2, 28, 30: satiate; 21/2, 31, 39: et; sermo 166A, 2, 14: ad; sermo 166A, 3, 12: pecoribus; sermo 166A, 10, 3*sq.*: et circumdabo altare tuum domine; 31/2, 6, 45: appellarim

aut, si id fieri non potuit, ad cruces desperationis confugere (26/2, 8, 6; 30/2, 3, 3, 18*sq.*).

In textus recensione contigit nobis Augustino pro voce ‘artemonem’ vocem ‘temones’ (quo significatur gubernaculum navis; *cf.* Paul. Nol. epist. 49, 3) reddere. Sustulimus autem Augustino non solum vocem ‘artemones’, sed etiam ‘erubescentia’ (30/2, 1, 5, 8) et ‘malefices’ (30/2, 3, 12, 2*sq.*), in quorum loco lectiones ‘erubescendo’ et ‘mali felices’ posuimus.

Restat, ut omnibus, qui nobis in hac editione conficienda auxilium praestiterunt, gratias agamus: Primum grato animo memoro Adolphum Primmer, qui enarrationes in psalmos edendas suscepit operamque nostram ab initio semper gratis consiliis adiuvit; deinde habeo gratias FWF, id est „Fonds zur Förderung der wissenschaftlichen Forschung“, qui nobis editionem praeparantibus per sex annos victum praebuit; deinde omnibus studiosis, qui in codicibus conferendis magnam opem tulerunt; item sodalibus et amicis Lucae Dorfbauer, Franco Gori, Hildegund Müller, Dorotheae Weber, Michaelae Zelzer, Victoriae Zimmerl-Panagl, qui me non solum in locis difficilibus disputandis, sed etiam in codicibus indagandis conferendisque saepissime adiuverunt; gratiae sunt etiam referendae Stephano Hagel, qui programma electronicum, cui Classical Text Editor (CTE) nomen est, elaboravit semperque, si quid nobis opus erat, praestitit; postremo Conrado Smolak professori, cuius auspiciis hoc opus finitum est.

Vindobonae, mense Aprili anni MMXI
Clemens Weidmann

Conspectus siglorum

ω consensus omnium codicum qui exstant (negleguntur fragmenta et excerpta)

α ***α₁*** (*P_{11} Mc_3*) ***α₂*** (*F Mc_2 Na_1 Ri_1*)

κ ***χ*** (*S K Y*) ***γ*** (*C Ar_1*) ***β*** (*R Ro_{11} F_5*)

ϕ ***δ*** (*A G f_{19}*) ***ε$_ω$*** [***ε₂*** (*Lx_2 f_{11} w*) ***ε*** (*N X*) ***ε₁*** (*Zh_1 P_8*) *Mn_3* ***ζ*** (*Wi_{14}*)]

A Darmstadt, Hess. Landes- u. Hochschulbibl. 897, s. IX, in ps. 1–50 (*δ*), Reichenau (*cf.* p. 22)

Ar_1 Arras, Bibl. mun. 547 (olim 618), s. XI, in ps. 1–50 (*γ*), St. Vaast, Wilmart 13[14] (*cf.* p. 21)

C Paris, Bibl. nat. lat. 12171, s. VIII^{ex}, in ps. 1–30 (*γ*), Corbie, Wilmart 260 (Corbeiensis apud *ma*) (*cf.* p. 21)

C Paris, Bibl. nat. lat. 12172, s. IX^{in}, in ps. 31–40 (*γ*), Corbie, Wilmart 260 (Corbeiensis apud *ma*) (*cf.* p. 21)

e_2 Einsiedeln, Stiftsbibl. 18, s. VIII–IX, exc. in ps. 1–70

e_3 Karlsruhe, Bad. Landesbibl. Aug. perg. CLII, s. IX, exc. in ps. 1–50 (= defloratio psalmorum; *$ε_2$*) (*cf.* p. 23)

e_3 München, Bayer. Staatsbibl. Clm 14176, s. IX, exc. in ps. 1–150 (= defloratio psalmorum; *$ε_2$*) (*cf.* p. 23)

e_4 consensus codicum ***G_1 P_{18} P_{27}***

F Firenze, Bibl. Laur. XVI dext. I, s. XI, in ps. 1–83 (*$α_2$*), Wilmart 110 (*cf.* p. 16)

f_{11} Bruxelles, Bibl. roy. IV 45, s. IX, frg. in ps. 9, 11–41, 9 (*$ε_2$*), Stavelot (*cf.* p. 23)

f_{14} Karlsruhe, Bad. Landesbibl. Cod. Aug. perg. CLXXXVII, s. IX, ff. 31r–32r in ps. 31/2, 1, 1–38; ibid. 3, 3–4, 1 (*cf.* p. 16)

f_{19} Schaffhausen, Staatsarchiv, St. Georgenamt, LF 2, s. XI in ps. 32/2, 2, 1, 8–4, 16; ibid. 14, 11–16, 3 (*δ*) (*cf.* p. 22)

---

[14] *Cf.* supra n. 9.

F_5	Firenze, Bibl. Laur. S. Marco 627, s. XI, in ps. 1–50 (β) (*cf.* p. 21)
G	St. Gallen, Stiftsbibl. 162, s. IX, in ps. 1–35 (δ), Wilmart 322 (*cf.* p. 22)
G_1	St. Gallen, Stiftsbibl. 156, s. IX, ff. 28–92, exc. in ps. 1–150 (e_4)
K	Köln, Erzb. Diöz. u. Dombibl. Cod. Dom. 63, s. VIII/IX, in ps. 1–50 (χ), Chelles, Wilmart 86 (*cf.* p. 19)
K_2	Köln, Erzb. Diöz. u. Dombibl. Cod. Dom. 64, s. IX/X, in ps. 31/2–50 (*cf.* p. 18)
Lx_2	Luxembourg, Bibl. Nat. 109, an. cc. 900, in ps. 1–50 (ε_2) (*cf.* p. 23)
Mc_2	Monte Cassino, Bibl. dell'abb. 26, s. XI, in ps. 1–71 (α_2), Wilmart 151 (*cf.* p. 16)
Mc_3	Monte Cassino, Bibl. dell'abb. 57, s. XI (an. 1023), in ps. 1–69 (α_1), Wilmart 152 (*cf.* p. 15)
Mn_3	München, Bayer. Staatsbibl. Clm 3736, s. XI, in ps. 29/2–35, 6 (ϕ) (*cf.* p. 23)
N	Namur, Musée Archéol. 1, s. IX^1, in ps. 1–150 (ε) (*cf.* p. 24)
Na_1	Napoli, Bibl. naz. VI. B. 4, s. XI, in ps. 1–78 (α_2) (*cf.* p. 16)
P	Paris, Bibl. nat. lat. 9533 (Suppl. lat. 118 B), s. VI, in ps. 29/2–36, 1, Hispania (?), Wilmart 257, CLA V 587 (*P* apud *cc*) (*cf.* p. 17)
P_{11}	Paris, Bibl. nat. lat. 1983, s. XI, in ps. 1–50 (α_1), Wilmart 227 (Colbertinus apud *ma*) (*cf.* p. 15)
P_{18}	Paris, Bibl. nat. lat. 2819, s. XI, ff. 29r–44r exc. in ps. 1–150 (e_4); S. Maurin (Agen)
P_{27}	Paris, Bibl. nat. lat. 2819, s. XI, ff. 78v–112r exc. in ps. 1–150 (e_4)
P_8	Paris, Bibl. Mazar. 597 (280, S. Martin des Champs 97), s. XI, in ps. 1–50 (ε_1), Crépy, Wilmart 221 (*cf.* p. 24)

R Roma, Bibl. Angel. 1085, s. XI, in ps. 1–50 (*β*), Wilmart 295 (*cf.* p. 21)

***Ri*$_1$** Comune di Rio Elva, Archivio Storico Nr. 1, s. X/XI, in ps. 30/2, 3, 5, 5–10, 25; ibid. 30/2, 3, 11, 10–31/2, 1, 21 (α_2) (*cf.* p. 16)

***Ro*$_{11}$** Rouen, Bibl. mun. 458 (A 102), s. XII, in ps. 1–50 (*β*), Wilmart 318 (Gemmeticensis apud *ma*) (*cf.* p. 21)

S Salzburg, St. Peter, Stiftsbibl. a X 4, s. IX^{in}, in ps. 1–50 (*χ*) (*cf.* p. 19)

***s*$_2$** Vaticano, lat. 5758, s. VII, Bobbio, pp. 212–217; exc. in ps. 26/2

***s*$_3$** Venezia, Bibl. naz. Marc. 2402, s. IX^1, exc. in ps. 32/2, 1, 10–12

***s*$_3$** Verona, Bibl. cap. X 8, s. VII/VIII, exc. in ps. 32/2, 1, 10–12, Wilmart 345

***Sh*$_1$** Schaffhausen, Minist. bibl. 15, s. XI$^{ex.}$, in ps. 1–50 (*cf.* p. 24)

w St. Gallen, Stiftsbibl. 317, s. IX, epit. Walahfridi in ps. 1–76, Wilmart 323 (*cf.* p. 23)

***Wi*$_{14}$** Wien, ÖNB lat. 669 (Rec. 3084), s. XII$^{ex.}$, in ps. 1–50 (*ζ*), Baumgartenberg, Wilmart 351 (*cf.* p. 24)

X Bruxelles, Bibl. roy. 5469 (Kat. Nr. 1067), s. XI, in ps. 1–50 (*ε*), Gembloux, Wilmart 51 (*cf.* p. 24)

Y Orléans, Bibl. mun. 45 (42), s. X, in ps. 1–50 (*χ*), Fleury, Wilmart 176 (Floriacensis apud *ma*) (*cf.* p. 19)

***Zh*$_1$** Zürich, Zentralbibl. Car. C 10, s. X, in ps. 1–50 (ε_1), Wilmart 362 (*cf.* p. 24)

Testimonia vetera

Beda Bedae venerabilis collectanea in apostolum (contulimus codicem Rouen, Bibl. mun. 147, s. IX); *cf.* I. Franssen, RBen 71 (1961), 22–70

Caes Caesarii Arelatensis sermones (ed. G. Morin, CCL 103/104)

Cass Cassiodori expositio psalmorum (ed. M. Adriaen, CCL 97)

Flor Flori Lugdunensis exc. ex Augustino (ex cod. Troyes, bibl. mun. 96)

Libri sacrae scripturae

LXX Septuaginta (ed. A. Rahlfs, 1935) (lect. sel.; nisi dubium est, cui voci Latinae congruat, lectioni Latinae addimus)

Vulg Vulgata (ed. R. Weber, 1983[3]; psalterium iuxta LXX)

$\boldsymbol{\Psi_{\alpha}}$ Psalterium Veronense iuxta codicem Verona, Bibl. cap. I (1) (lect. sel.; ed. R. Weber, 1958)

$\boldsymbol{\Psi_{\beta}}$ Psalterium Sangallense iuxta codicem Sankt Gallen, Stiftsbibl. 912 (lect. sel.) (ed. A. Dold, 1933)

$\boldsymbol{\Psi_{\kappa}}$ Psalterium Sinaiticum iuxta codicem Sinai, S. Catharina, Slavonicus 5 (lect. sel. ex app. crit. editionis *cc*)

Libri typis impressi

am Editio Amerbachii, Basiliis 1489 (GKW 2909)

er Editio Erasmi, vol. 8, Basiliis 1529

lo Editio theologorum Lovaniensium, Antverpiae 1577

ma Editio monachorum S. Mauri, Parisiis 1691

mi Editio J. P. Migne, Patrologia Latina 36, Parisiis 1841

cc Editio E. Dekkers et J. Fraipont, CCL 38, Turnholti 1956

edd consensus editionum *lo ma mi cc*

Abbreviationes et signa in apparatibus adhibita

In textu indicamus signis

⟨...⟩ addi verba, quae in nullo codice traduntur,
[...] deleri verba, quae in omnibus codicibus traduntur,
* textum genuinum per coniecturam restitutum esse;

in apparatu critico et apparatu testium

*	lectio fortasse melior	*lect. sel.*	lectiones selectae
		litt.	littera(e)
ω (*exc. X*)	omnes codices excepto codice *X*	*lnp.*	legi non potest / possunt
ac.	ante correctionem	*mg.*	in margine
add.	addidit / -erunt	*mp.*	manu posteriore
cett.	ceteri	*om.*	omisit / -erunt
cf.	confer	*praem.*	praemisit / -erunt
del.	delevit / -erunt	*ras.*	rasura
des.	desinit / desinunt	*sl.*	supra lineam
ic.	inter correctiones	*tr.*	transposuit / -erunt
inc.	incipit / incipiunt	*uv.*	ut videtur
ir.	in rasura	*vl.*	varia lectio
iter.	iteravit / -erunt		

IN PSALMUM XVIII

(**1.**) Deprecati dominum, ut ab occultis nostris mundet nos ma 81
et ab alienis parcat servis suis, quid hoc sit intellegere debemus, mi 157
ut humana ratione, non quasi avium voce cantemus. Nam et me- cc 105
ruli et psittaci et corvi et picae et huiusmodi volucres saepe ab
hominibus docentur sonare quod nesciunt. Scienter autem can- 5
tare naturae hominis divina voluntate concessum est. Et quam
multi mali et luxuriosi sic cantant digna auribus suis et cordibus!
Novimus et dolemus; eo enim peiores sunt, quo non possunt
ignorare quod cantant; sciunt enim se cantare flagitia et tamen
cantant tanto libentius, quanto immundius, quoniam tanto lae- 10
tiores se putant, quanto fuerint turpiores. Nos autem qui in ec-
clesia divina eloquia cantare didicimus, simul etiam instare debe-
mus esse, quod scriptum est, *beatus populus qui intellegit iubilatio-
nem.* Proinde, carissimi, quod consona voce cantavimus sereno
etiam corde nosse ac videre debemus. Rogavit enim dominum ma 82
unusquisque nostrum in hoc cantico et dixit deo: AB OCCULTIS
MEIS MUNDA ME, DOMINE, ET AB ALIENIS PARCE SERVO TUO. SI
MEI NON FUERINT DOMINATA, TUNC IMMACULATUS ERO ET
MUNDABOR A DELICTO MAGNO.

1, 1sq. Ps. 18,13*sq.* **13sq.** Ps. 88,16 **16–19** Ps. 18,13*sq.*

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$ *f*$_{11}$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_3)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

15 utquid *Y* γ β ϕ Sh_1 *edd* | meus[1] *om.* Zh_1 Sh_1 | respice me *om.* β | me] in me *F* Na_1 *Y* Sh_1 **17** scriptum α (*ac. F*) **19** dolus inventus est *tr.* Zh_1 **20** ergo] dicit *praem. F* | delictorum meorum dicit (*del. F*) *tr.* α | peccatis β **21** ille *om.* Mc_2; *ipse ϕ *edd* **4, 1** nec] et non *Y Vulg edd* **3** de[2] *om.* Mc_2 *C* (*ac.*) | sui Sh_1 **4** fratres putatis *tr.* Zh_1 | deus γ β ϕ | potest fieri *tr.* Zh_1 **6** ut] si *F* Na_1 **7** enim *om.* κ ϕ *edd* **10** nostram] ipse *add.* Ar_1 | iis β **11** suo *om.* ϕ constitutus δ (constitutos *ac. A*) ε (*ac. N*) ζ Sh_1 **12** vox erat *om.* ζ | sic] sed Mc_2 | et[1]] ut *K* **13** clamavi χ γ (clamavit Ar_1) ϕ *edd*

mavit Paulus ut auferretur ab eo stimulus carnis: et non est exauditus ut auferretur, et dictum est ei: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur*. Ergo non est exauditus, sed non ad insipientiam, sed ad sapientiam, ut intellegat homo medicum esse deum et tribulationem medicamentum esse ad salutem, non poenam ad damnationem. Sub medicamento positus ureris, secaris; clamas: non audit medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem.

ps. 21,4 **(5.) TU AUTEM IN SANCTO HABITAS, LAUS ISRAEL.** In illis habitas, quos sanctificasti et quos facis intellegere quia ad utilitatem quosdam non exaudis et ad damnationem quosdam exaudis. Ad utilitatem non exauditus est Paulus, ad damnationem exauditus est diabolus. Petiit Iob tentandum: et concessum est; daemones petierunt se ire in porcos: et exauditi sunt. Daemones exaudiuntur, apostolus non exauditur? Sed illi exaudiuntur ad damnationem, apostolus non exauditur ad salutem, quia NON AD INSIPIENTIAM MIHI. TU AUTEM IN SANCTO HABITAS, LAUS ISRAEL. Quare non exaudis et tuos? Quare dico ista? Mementote semper ma 96 dici: 'Deo gratias'. Et magna est hic multitudo; et qui non solent venire, venerunt. Omnibus dico, quia in tribulatione positus Christianus probatur, si non dereliquit deum suum; nam quando

5, 5 *cf.* Iob 1,11 **5sq.** *cf.* Matth. 8,31

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

15 auferetur *F* χ (*pc. S*; *ac. Y*) *C* (*ac.*) *R* (*ac.*) δ | stimulus carnis auferretur (auferretur *pc.*) *Zh*$_1$ | ab eo *om.* γ ϕ (*exc.* ζ; *pc. N*); ab illo χ **16** ut auferretur *eras. C* | auferetur *F S* (*pc.*) *K* δ; auferreretur *Zh*$_1$ **18** sed ad sapientiam *om. Zh*$_1$ **19** tribulatione α (*ac. F*) | esse medicamentum *tr.* δ (*ac. G*) ζ **20** sub] sed *F* (*ac.*) *Na*$_1$ | posito *Mc*$_2$ **21** clamans α (*ac. F*) | salutem *Zh*$_1$ ζ **5, 1** his ζ **3** ad damnationem *om. Zh*$_1$ | quosdam^2 *om.* α (*ac. F*) **4** est exauditus *tr. edd* est exauditus *tr.* ζ **5** est^1 *om. Mc*$_2$ | petit α (*ac. F*) χ γ ϕ (*exc.* ζ; *ac. X*) | Iob *om. Zh*$_1$; *ad *add.* α *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ *edd* | *concessus *F Na*$_1$ **6** se *om. Mc*$_2$ | et *om.* γ β ϕ | exaudiuntur] *et γ β ϕ (*exc.* ζ); sed ζ; et *add. Sh*$_1$; ad damnationem *add. Mc*$_2$ **7** exauditur] ad salutem *add. Mc*$_2$ **8** apostolus] hic *Mc*$_2$ | quia] qui *C* (*ac.*) ε *Zh*$_1$; et δ (*exc. A*) **9** mihi] sibi β **10** *dici semper *tr.* α **11** dicite *Y P*$_8$ | haec *K* | *multitudo hic *tr.* α | qui] et *praem.* κ ϕ (eorum ζ) **12** *venerunt *om.* γ β ϕ | omnibus] in *praem. Mc*$_2$ | quia *om.* γ β ϕ *Sh*$_1$ **13** derelinquit *F* χ β *X* ε_1 (derelinquet *Zh*$_1$) ζ

bene est homini, desertus est sibi Christianus. Ignis intrat in fornacem, et fornax aurificis magni sacramenti res est. Ibi est aurum, ibi palea, ibi ignis. In angusto operatur ignis ille; non est diversus, et diversas res agit: paleam in cinerem vertit, auro sordes tollit. In quibus autem habitat deus, utique in tribulatione meliores fiunt tamquam aurum probati. Et si forte petierit inimicus diabolus, et concessum illi fuerit sive aliquo dolore corporis sive aliquo damno sive amissione suorum, fixum cor habeat in illo qui se non subtrahit; et si quasi subtrahit aurem ploranti, sed apponit misericordiam deprecanti. Novit quid agat; qui nos fecit, novit et reficere nos; bonus structor qui aedificavit domum: et si aliquid ibi ceciderit, novit resarcire.

(6.) Et vide quid dicat: **IN TE SPERAVERUNT PATRES NOSTRI; SPERAVERUNT, ET ERUISTI EOS.** Et novimus et legimus. Quam multos patres nostros sperantes in se eruit deus! Eruit ipsum populum Israel de terra Aegypti; eruit tres pueros de camino; eruit Danielem de lacu leonum; eruit Susannam de falso crimine. Omnes invocaverunt: et eruti sunt. Numquid defecit ad filium suum, ut in cruce pendentem non exaudiret? Quare autem

ps. 21,5

cc 125

14–16 *cf.* Prov. 27,21; Sir. 27,6 **6, 3sq.** *cf.* Ex. 12,51 **4sq.** *cf.* Dan. 3 **5** *cf.* Dan. 14 **5sq.** *cf.* Dan. 13

$\alpha\,(F\,Mc_2\,Na_1)\;\kappa\,(\chi\,(S\,K\,Y)\;\gamma\,(C\,Ar_1)\;\beta\,(R\,Ro_{11}\,F_5))\;\phi\,(\delta\,(A\,G)\;\varepsilon_\omega\,(\varepsilon\,(N\,X)\;\varepsilon_1\,(Zh_1\,P_8))\;\zeta)$ $Sh_1\,edd$ (*lo ma mi cc*)

---

1 est bene *tr.* δ (*exc. A*) | homini] *lacuna fortasse constituenda, e.g.:* auxilio non eget; quando autem male est homini | dissertus α (*ac. F*) *S* | sibi] ibi Zh_1 Christus $Mc_2\,\delta$ (*exc. G*; *ac. A*) | in fornacem intrat *tr.* Sh_1 **15** fornax] ardet *add.* Zh_1 **16** ibi[1]] est *add.* $\phi\,Sh_1\,edd$ | ibi palea *om.* α (*ac. F*) | ibi[2]] ubi β **17** diversa res *F* (*ac.*) Na_1; diversa $\gamma\,\beta\,\phi\,Sh_1\,edd$ | agit] ait Mc_2 (*ac.*) *K* **18** in *om.* ζ; qui *praem.* Zh_1 | fiunt] sunt α **19** si *om. Y* **20** illi] *ei α **21** illo] eo ζ **22** aure *F*; aurum Zh_1 | apponet $F\,Na_1$; opponit Zh_1; proponit *K* **23** fecerit Zh_1 **24** structor] est *praem.* $\gamma\,\beta\,\phi\,Sh_1\,edd$ | aedificat *C* (*ac.*) δ (*exc. A*) **25** resarcire] reficere Zh_1 **6, 1** videte ε (*ac. N*) | diligat Zh_1 **2** liberasti $\phi\,Sh_1\,Vulg\,\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **3** in se] ipse *C* | dominus ζ **4** camino] ignis *add.* $\varepsilon_1\,edd$ **5** *crimine falso *tr.* α **6** et *om.* Mc_2 | eruisti eos $\gamma\,\beta\,\phi$ (*exc.* ζ; eos *om.* Zh_1); eruit eos $\zeta\,Sh_1$ | deficit α (*ac. F*) $\gamma\,\delta$ (*ac. G*; *pc. A*) **7** in cruce ut *tr. Y*

ipse non eruitur modo, quia dixit: IN TE SPERAVERUNT PATRES NOSTRI, SPERAVERUNT ET ERUISTI EOS?

ps. 21,7 (*v. 6 deest*) **(7.) EGO AUTEM SUM VERMIS ET NON HOMO.** VERMIS ET NON HOMO: nam est homo vermis. Sed ille: VERMIS ET NON HOMO. Unde NON HOMO? quia deus. Quare ergo sic se abiecit ut diceret VERMIS? an quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut Christus de Maria virgine? et vermis, et tamen non homo. Quare vermis? quia mortalis, quia de carne natus, quia sine concubitu natus. Quare NON HOMO? quia *in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum.* mi 174

(8.) OPPROBRIUM HOMINUM ET ABIECTIO PLEBIS. Videte quanta passus est. Iam, ut dicamus passionem, ut ad illum maiorem gemitum perveniamus, videte quomodo patitur, et deinde videte quare. Quis enim fructus? Ecce speraverunt patres: et eruti sunt de terra Aegypti. Et sicut dixi tam multi invocaverunt: et statim ad tempus, non in futuram vitam, sed continuo liberati sunt. Ipse Iob diabolo petenti concessus est, putrescens vermibus, tamen in hac vita reparavit salutem, duplo accepit quae perdiderat. Dominus autem flagellabatur: et non subveniebat; sputis deturpabatur: et nemo subveniebat; colaphis caedebatur: et nemo

7,7sq. Ioh. 1,1 **8,7** *cf.* Iob 1,11 | *cf.* Iob 7,5 (*iuxta LXX*) **8sq.** *cf.* Iob 42,10 **9–13** *cf.* Matth. 27,26–46

α (FMc_2Na_1) κ (χ (SKY) γ (CAr_1) β ($RRo_{11}F_5$)) ϕ (δ (AG) ε_ω (ε (NX) ε_1 (Zh_1P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

8 ipsum Sh_1 | *eruit α (ac. F) Sh_1 | qui $\gamma\beta\phi$ Sh_1 edd **9** speraverunt *om.* $\gamma\beta\phi$ *edd* | liberasti $\delta\varepsilon$ Sh_1 *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **7,2** est] et *praem.* δ Sh_1; et *add.* $\gamma\varepsilon_\omega\zeta$ *edd* **3** unde] et *add.* Y | se sic *tr.* δ (*exc. A*) | ut] et Mc_2 | diceretur ζ **4** vermis[1]] et *praem.* α (ut Mc_2) **5** sic Y **6** quia[2]] qua K **8,1** vide Zh_1 **2** ut[2]] et $\gamma\beta\phi$ Sh_1 *edd* | illam β *edd* | maiore gemitu $\gamma\beta\phi$ (*exc.* P_8; *ac. N*) Sh_1; maiori gemitu *edd* **3** veniamus $\kappa\phi$ *cett edd* | quam modo γ; quanta modo ϕ *edd* | videte[2]] videtur S **4** quis] quid α | factus K | ecce] in te *add.* Zh_1 | patres] nostri *add. edd* **5** sicut *om.* Mc_2 | dixit Zh_1 **6** in] ut Mc_2; ad Y | futura vita $\kappa\phi$ Sh_1 *edd* **8** in] ab $\gamma\phi$ (*exc. X*) | ad hanc vitam β | recuperavit *edd* | dupla β quam Y **9** flagellabitur K | non] nemo F (*pc.*) YN (*pc.*) P_8 Sh_1 *edd* | subveniebatur $\beta\zeta$ | sputis ... subveniebat FSh_1; *om. cett* **10** colaphis ... subveniebat *om.* α | nemo[2] YC (*pc.*) P_8 Sh_1; *non *cett*

subveniebat; spinis coronabatur: nemo subveniebat; levabatur in lignum: nemo eruit; clamabat: *Deus meus, deus meus, utquid me dereliquisti?* non subvenitur. Quare, fratres mei? quare? qua mercede tanta passus est? Omnia ista quae passus est, pretium erat. Cuius rei pretio tanta passus est? Recitemus, videamus quae dicat. Primo quaeramus quae passus sit, deinde quare; et videamus quam sint hostes Christi qui confitentur quia tanta passus est et tollunt 'quare'. Hic audiamus totum in isto psalmo, et quae passus sit et quare. Tenete ista duo: 'quid' et 'quare'. Modo 'quid' explicem. Non ibi immoremur, et melius ad vos perveniunt ipsa verba psalmi.

ma 97 Videte quae patitur dominus, attendite Christiani: OPPROBRIUM HOMINUM ET ABIECTIO PLEBIS. **(9.) OMNES QUI VIDEBANT ME, SUBSANNABANT ME; ET LOCUTI SUNT LABIIS ET MO-** ps. 21,8
cc 126 **VERUNT CAPUT. 'SPERAVIT IN DOMINO, ERUAT EUM; SALVUM** ps. 21,9 **FACIAT EUM, QUONIAM VULT EUM.'** Sed quare dicebant ista? quia homo factus erat; dicebant tamquam in hominem. **(10.)** ps. 21,10 **QUONIAM TU EXTRAXISTI ME DE VENTRE.** Numquid dicerent talia in illud quod in principio erat verbum et verbum erat apud deum? Verbum enim illud per quod facta sunt omnia, non ex-

---

12sq. Matth. 27,46 **10, 3sq.** *cf.* Ioh. 1,1*sq.*

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_3)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

---

11 subveniebatur $\beta\zeta$ | coronabatur] et *add.* α | *levatur *S K* **12** ligno γ ϕ (*ac.* Zh_1) *edd* | clamat χ *edd* **13** subveniebatur *N* (*pc.*) Zh_1; subvenit *K* **14** ista *om.* ζ | erat] est $\gamma\beta\phi$ *edd* **15** pretio rei *tr.* Mc_2 | pretium *F* $Na_1\chi$ **16** primum $\gamma\beta\phi$ Sh_1 *edd* **17** hostes sint *tr.* Zh_1 | quia tanta] quanta δ Sh_1 **18** hinc $\gamma\beta\delta\varepsilon\zeta$ Sh_1 *edd* **19** est β | tene Zh_1 | quid[1]] et *praem.* *F* (*sl.*) Na_1 et[2]] est *C* (*ac.*) δ *N* Zh_1 | quid[2]] ipsum *praem.* ζ *edd*; qui $\gamma\delta$ (*ac. G*) ε (*ac. N*); est *add.* Zh_1 | explicemus ζ Sh_1 **20** perveniunt ad vos *tr.* Mc_2 **9, 1** *conspiciebant (*cf. in ps. XXI/1*) α **2** et[1] *om.* α *X* Sh_1 *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* | labiis] *in (*cf. in ps. XXI/1*) *praem.* χ | et[2] *om.* χ *edd* **3** dominum χ *edd* | salvum faciat eum *om.* Mc_2 *Y* (*ac.*) **4** faciet δ (*pc. G*) | eum[2]] deum ζ | dicebat *F* (*ac.*) Na_1 **5** dicebat *Y* δ (*exc. A*; *pc. G*) | homine Mc_2 Na_1 *Y* Ar_1 $\delta\varepsilon$ (*ac. N*) P_8 Sh_1 **10, 2** tu] es qui (*cf. in ps. XXI/1*) *add.* α Ar_1 (*ac.*) Sh_1 *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* | abstraxisti α $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **4** illud] in *praem.* *K* | quod] quem α (*ac. F*) | non *om.* α (*ac. F*)

tractum est de ventre, nisi quia verbum caro factum est et habitavit in nobis. QUONIAM TU EXTRAXISTI ME DE VENTRE, **DEUS MEUS AB UBERIBUS MATRIS MEAE.** Nam ante saecula pater meus,
ps. 21,11 ab uberibus matris meae deus meus. **(11.) IN TE IACTATUS SUM EX UTERO**, id est ut tu mihi solus esses spes, iam tamquam homo, iam tamquam infirmus, iam verbum caro factum. **DE VENTRE MATRIS MEAE DEUS MEUS ES TU.** Non de te deus meus (nam de mi 175
ps. 21,12 te pater meus), sed de ventre matris meae deus meus. **(12.) NE DISCEDAS A ME, QUONIAM TRIBULATIO PROXIMA EST, QUONIAM NON EST QUI ADIUVET.** Videte desertum; et vae nobis, si ipse nos deserat, QUONIAM NON EST QUI ADIUVET.

ps. 21,13 **(13.) CIRCUMDEDERUNT ME VITULI MULTI, TAURI PINGUES OBSEDERUNT ME.** Populus et principes; populus VITULI
ps. 21,14 MULTI; principes TAURI PINGUES. **(14.) APERUERUNT IN ME OS SUUM SICUT LEO RAPIENS ET RUGIENS.** Audiamus rugitum ipso-
ps. 21,15 rum in evangelio: *Crucifige, crucifige.* **(15.) SICUT AQUA EFFUSUS SUM, ET DISPERSA SUNT OMNIA OSSA MEA.** Ossa sua firmos suos dicit; ossa enim firma sunt in corpore. Quomodo dispersit ossa sua? quando dixit illis: *Ecce ego mitto vos velut agnos in medio luporum*; firmos suos dispersit et sicut aqua effusus est; aqua enim quando funditur, aut abluit aut rigat. Effusus est Christus sicut aqua: abluti sunt sordentes, rigati sitientes. **FACTUM EST COR**

5sq. *cf.* Ioh. 1,14 **11, 3** *cf.* Ioh. 1,14 **14, 3** Ioh. 19,6 **15, 4sq.** Matth. 10,16

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

---

5 caro *om.* Mc_2 **6** tu] es qui *add.* δ Zh_1 (*sl.*) *Vulg* **7** nam *om.* β **8** meae *om.* α **11, 2** ut tu] uti Zh_1; et tu Mc_2 | mihi tu *tr. edd* | esse Mc_2 **3** factum] est *add.* γ δ ε Zh_1 Sh_1 **4** es *om.* χ **5** meus²] de te pater meus *add.* α **12, 2** a *om.* δ (*exc. G*) | quoniam²] et α **3** vae ... ipse] ne nobis sub se Mc_2 | si ipse] sub se Mc_2 **13, 1** pinguis *Y* **3** multi] tauri pingues obsederunt me *add.* δ (*ac. G*) **14, 1** in] super ϕ Sh_1 *Vulg edd* **15, 2** firmos ... corpore *iter. post* luporum (4) Mc_2 (dicit *om.*) **3** quando *edd* | ossa²] omnia *praem.* β **4** sicut agnos inter lupos Ar_1 | medium *S* **6** effunditur *edd* | rigat (*Cass*)] rigatur *K*; irrigat γ β ϕ Sh_1 *edd* | sicut aqua Christus *tr.* Zh_1 (sicut *mg.*) **7** rigatae sunt mentes κ (rigatis mentibus *Y*) ϕ Sh_1 *edd* | factum] et *praem.* Sh_1 $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$

MEUM SICUT CERA LIQUESCENS IN MEDIO VENTRIS MEI. Ventrem suum dicit infirmos in ecclesia sua. Quomodo cor ipsius factum est sicut cera? Cor ipsius scriptura ipsius, id est sapientia ipsius quae erat in scripturis. Clausa enim erat scriptura: nemo illam intellegebat; crucifixus est dominus: et liquefacta est sicut cera, ut omnes infirmi intellegerent scripturam. Nam inde et velum templi scissum est, quia quod velabatur revelatum est.

cc 127 **(16.) EXARUIT VELUT TESTA VIRTUS MEA.** Magnifice quod dixit. Firmius factum est nomen meum de tribulatione. Quomodo enim testa ante ignem mollis est, post ignem fortis, sic domini nomen ante passionem contemnebatur, post passionem honorificatur. **ET LINGUA MEA ADHAESIT FAUCIBUS MEIS.** Quomodo membrum illud in nobis non valet nisi ad loquendum, sic praedicatores suos, linguam suam, dixit adhaesisse faucibus suis, ut de interioribus eius caperent sapientiam. **ET IN PULVEREM MORTIS DEDUXISTI ME. (17.) QUONIAM CIRCUMDEDERUNT ME CANES MULTI, CONCILIUM MALIGNANTIUM CIRCUMDEDIT ME.** Et iam videte evangelium. **FODERUNT MANUS MEAS ET PEDES.** Tunc facta sunt vulnera; quorum vulnerum cicatrices dubitans discipulus contrectavit, ille qui dixit: *Nisi misero digitos meos in cicatrices vulnerum eius, non credam*, quando ei dixit: *Veni, mitte manum, incredule*, et misit manum suam et clamavit: *Dominus meus et*

ps. 21,16

ps. 21,17

ma 98

13sq. *cf.* Matth. 27,51 **17, 5–9** Ioh. 20,25.27–29

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

8 tamquam $\gamma\beta\phi$ *Sh*$_1$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* **9** dicitur *K* | quando *Mc*$_2$ **10** scriptura ipsius *om.* δ (*ac. G*) **11** *ipsa α | enim *om. Mc*$_2$ **12** dominus est *tr.* ζ **14** est[1] *om.* α (*ac. F*) | quoniam *Sh*$_1$ | velabatur] scissum est *add. F* **16, 1** magnificum ζ | quid $\chi\beta P_8\zeta$ **2** firmum *Mc*$_2$ | meum] dominicum *Sh*$_1$ **3** testante *K* | sicut ζ **6** in ... valet] non valet nobis β | non *om. Y* | sicut *F K* γ (*ac. C*) β **7** meis *Mc*$_2$ **17, 2** consilium ε_1 | etiam *edd* **3** pedes] meos *add.* $\gamma\beta\phi$ *Sh*$_1$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* **4** cicatrices] eius *add. Zh*$_1$ | discipulis *Zh*$_1$ **6** eius vulnerum *tr.* $\chi\gamma\phi$ | dixit ei *tr.* δ | veni] et *add. Zh*$_1$ | manum] tuam *add.* ϕ *Sh*$_1$ *edd* **7** manum suam misit *tr. Zh*$_1$ | deus meus et dominus *tr. K* $\gamma\beta\phi$; deus meus deus *Mc*$_2$

deus meus; et ille: *Quia vidisti me, credidisti; beati qui non vident et*
ps. 21,18 *credunt.* FODERUNT MANUS MEAS ET PEDES. **(18.) DINUMERAVERUNT OMNIA OSSA MEA**, quando pendens extentus erat in ligno. Non potuit melius describi extensio corporis in ligno, quam ut diceret: DINUMERAVERUNT OMNIA OSSA MEA. **(19.) IPSI VERO CONSIDERAVERUNT ET CONSPEXERUNT ME.** CONSIDERAVE- mi 176
RUNT: et non intellexerunt; CONSPEXERUNT: et non viderunt.
ps. 21,19 Usque ad carnem oculos, non usque ad verbum cor habuerunt. **DIVISERUNT SIBI VESTIMENTA MEA.** Vestimenta sua sacramenta 5
ipsius. Attendite, fratres. Vestimenta ipsius, sacramenta ipsius, potuerunt dividi per haereses; sed erat ibi vestimentum quod nemo divisit. **ET SUPER VESTIMENTUM MEUM MISERUNT SORTEM.** *Erat ibi tunica* dicit evangelista *desuper texta.* Ergo de caelo, ergo a patre, ergo a spiritu sancto. Quae est ista tunica nisi caritas, quam 10
nemo potest dividere? quae est ista tunica nisi unitas? In ipsam sors mittitur, nemo illam dividit. Sacramenta sibi haeretici dividere potuerunt, caritatem non diviserunt. Et quia dividere non potuerunt, recesserunt. Illa autem manet integra; sorte obvenit quibusdam; qui habet hanc, securus est: nemo illum movet de ec- 15
clesia catholica; et si foris illam incipiat habere, intromittitur, quomodo ramus olivae a columba.
ps. 21,20 **(20.) TU AUTEM, DOMINE, NE LONGE FECERIS AUXILIUM TUUM**, et factum est: post triduum resurrexit. **IN DEFENSIONEM**

19, 9 *cf.* Ioh. 19,23 **17** *cf.* Gen. 8,11

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **17, 8** credidisti *des. Ar*$_1$

---

8 *et*[1] *om.* $\gamma\beta\delta\varepsilon$ *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ | me *om.* χ (*pc. S*); et *Mc*$_2$ | viderunt *X Zh*$_1$ *Sh*$_1$ *Vulg* **9** credent *F* (*ac.*) δ *N* ζ; crediderunt *X Zh*$_1$ *Sh*$_1$ *Vulg* | pedes] meos *add.* $\gamma\beta\varepsilon$ *P*$_8$ ζ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* | pedes ... mea] reliqua *Zh*$_1$ **18, 2** mea] scilicet *add. Y* | eram β **3** in extensione α **19, 4** habuerunt *om.* $\kappa\phi$ **5** sua] ipsius β **6** sacramenta ipsius *om. Mc*$_2$ **7** dividi potuerunt *tr. Sh*$_1$ | heredes *Zh*$_1$ **9** dicit] ait *Zh*$_1$ | evangelista dicit *tr. Mc*$_2$ *Na*$_1$ | contexta *F* (*pc.*) χ *Vulg* **10** a] ab *Mc*$_2$ χ quae ... dividere *om. Mc*$_2$ **11** ipsa α *Y* **13** qui γ (*ac.*) $\beta\phi$ (*exc. P*$_8$; *ac. G*) | dividere] videre δ (*ac. G*) **14** manens *Mc*$_2$ **15** nemo illum] et nemo *Zh*$_1$ illam *X* **20, 1** facias *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **2** post] nam *praem.* ζ | defensione mea *K*

cc 128 **MEAM ASPICE. (21.) ERUE A FRAMEA ANIMAM MEAM**, id est a morte. Framea enim gladius est, et per gladium mortem intellegi voluit. **ET DE MANU CANIS UNICAM MEAM.** ANIMAM MEAM, UNICAM MEAM: caput et corpus. Unicam dixit ecclesiam meam de potestate canis. Qui sunt canes? qui caeco more latrant nec intellegunt contra quos. Nihil illis fit: et latrant. Quid fecit cani transiens via sua? tamen ille latrat. Qui latrant caecis oculis non discernentes contra quos aut pro quibus, canes sunt. **(22.) SALVUM ME FAC DE ORE LEONIS.** Leo rugiens nostis qui sit: circumiens, quaerens quem devoret. **ET A CORNIBUS UNICORNUORUM HUMILITATEM MEAM.** Unicornes non diceret nisi superbos; ideo subiecit: HUMILITATEM MEAM. ET A CORNIBUS UNICORNUORUM HUMILITATEM MEAM. ps. 21,21 ps. 21,22

(23.) Audistis quae passus est et quid oravit, ut eruatur ab istis. Attendamus modo quare passus est. Modo iam videte, fratres, qui non est in ea sorte, propter quam passus est Christus, quare Christianus est? Ecce intellegimus quae passus est: Dinumerata sunt ossa eius, irrisus est, divisa sunt vestimenta eius, insuper missa est sors super vestem ipsius, circumdederunt illum furentes, saevientes, et dispersa sunt omnia ossa eius; et hic audivimus

22, 2sq. *cf.* 1 Petr. 5,8 **23, 4–7** *cf.* Ps. 21,18.19.17.15; Ioh. 19

α (*FMc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*SKY*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε* (*NX*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

3 respice *β* **21, 3** animam ... meam^2 *om. Mc*$_2$ *Na*$_1$ *Y* **4** corpus] meum *add. Sh*$_1$ | unicam^2] tunicam *Mc*$_2$; meam *add. βδ* (*exc. A*; *sl. G*) | meam^2] de manu id est *ζ Sh*$_1$ *edd* **5** caeco] canino *edd* **6** illi *γ* (*ac.*) *δ* (*ac. G*) | canis *α* (*ac. F*) *Y γφ* (*exc. ζ*; *canibus *P*$_8$; canes *ac. N*) **7** viam suam *ζ Sh*$_1$ *edd*; vias suas *α* | *illi latrant *Mc*$_2$ *Na*$_1$ *γβφ* (*exc. ζ*) | latrat *K* **22, 2** noscis *Zh*$_1$ | quis *ζ edd*; quid *α* circumiens] circuit *Mc*$_2$ *Vulg*; et *add. κ* (*pc. C*) *φ* (*pc. N*) *Sh*$_1$ *edd* **3** et *om. γβφ* unicornuum *SKδ* (*exc. A*; *ac. G*) *N* (*ac.*); unicornium *Yγ* (*pc. C*) *βφ* (*pc. GN*) *Sh*$_1$ *Vulg edd* **4** superbas *δ* (*ic. G*; *pc. A*) **5** et ... meam *om. Mc*$_2$ *γβφ Sh*$_1$ *edd* unicornuum *χ* **23, 2** modo^1] ergo *ζ* | quare] quae *Mc*$_2$ | iam modo *tr. δ*; modo autem iam *Mc*$_2$ **3** qui] quia *δ* (*pc. A*) **4** ecce] et iam *δ* | intellegamus *βφ* | dinumeraverunt omnia *α* **5** divisi *Mc*$_2$ | insuper *om. γβφ* (*exc. ζ*) *Sh*$_1$ **6** vestimentum *Mc*$_2$ *δ* (*exc. A*); *vestimenta *FNa*$_1$ | eius *Zh*$_1$ | furentes] et *add. γβφ Sh*$_1$ *edd* **7** *hic *om. α* (*ac. F*) | audivimus *Mc*$_2$ *KY P*$_8$; audiamus *γ* (*ac.*) *δε Zh*$_1$; audimus *γ* (*pc.*) *cett edd*

et in evangelio legimus. Videamus quare. O Christe fili dei, si nolles, non patereris; ostende nobis fructum passionis tuae! 'Audi' inquit 'fructum. Ego non taceo, sed surdi sunt homines.'
ps. 21,23 Audi fructum quare passus est omnia ista: **NARRABO NOMEN TUUM FRATRIBUS MEIS**. Videamus si in parte narrat nomen dei fratribus suis: NARRABO NOMEN TUUM FRATRIBUS MEIS; **IN MEDIO ECCLESIAE CANTABO TE**. Fit hoc modo.

Sed videamus ipsa ecclesia quae est. Nam dixit: IN MEDIO ECCLESIAE CANTABO TE. Ecclesiam videamus, propter quam pas-
ps. 21,24 sus est. **(24.) QUI TIMETIS DOMINUM, LAUDATE EUM**. Ubicumque timetur deus et laudatur, ibi est ecclesia Christi. Videte, fratres mei, si his diebus per totum orbem terrarum sine causa dicitur 'amen' et 'alleluia'. Non ibi timetur deus? non laudatur deus? – Exivit et ait: 'Prorsus non timetur, totus mundus periit.' Sine causa dicis: 'Totus mundus periit.' Ergo modica pars remansit in Africa? Ergo non dicit aliquid Christus, unde obturet ista ora? Non dicit aliquid, unde eradicet istas linguas dicentium? Videamus, ne forte inveniamus. Adhuc nobis dicitur: 'IN MEDIO ECCLESIAE*:* De ecclesia nostra dixit.' QUI TIMETIS DOMINUM, LAU-

ma 99 mi 177

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_\omega$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

8 et *om. Mc*$_2$ | o] omnes *γ* (*del.*) *δ* (omnis *ac. A*) *ε Zh*$_1$; omnipotens *β*; passus es *ζ* | Christi *γ* (*pc.*) *δ* | si *om. δ* **9** nolles *vl. δ* (*exc. A*); nolis *K γ* (*ac.*) *δ*; nollis *S*; noluisses *Zh*$_1$ | pateris *K Zh*$_1$ (*ac.*) **11** audi] inquit *add. φ edd* | est] sum *ζ edd* | ista omnia *tr. edd* **12** videamus ... meis *tr. ante* nam (15) *Sh*$_1$ | partem *γ* **13** narrabo ... meis *om. Mc*$_2$ **15** sed] si *φ Sh*$_1$ | ipsam ecclesiam *Y Sh*$_1$ est] narrabo nomen tuum fratribus meis *add. Sh*$_1$ | est ... ecclesiae] dicit *Y* **16** laudabo *Sh*$_1$ | ecclesiam] et *praem. Y* | propter ... est] per id quod sequitur *Mc*$_2$ **24, 2** et laudatur deus *tr. Sh*$_1$ | videamus *β* **3** dicitur *om. Mc*$_2$; adducitur *Zh*$_1$ **4** ibi] ubi *Y* | non] ibi *add. Sh*$_1$ *edd* **5** exivit] Donatus *add. ζ Sh*$_1$ *edd* | ait] eat *α* (erat *Mc*$_2$) | peribit *F* (*pc.*) *K γ* (*ac.*); perit *δ* (*ac. G*) *N ε*$_1$ **6** dicitis *δ* (*ac. G*) *Sh*$_1$; dicitur *ζ* | peribit *K* | ergo] deo *add. Sh*$_1$ **7** Christus *om. K* | obduret *S δ Sh*$_1$; obturbet *Zh*$_1$ **8** dicet *S K* | istas ... dicentium *α*; linguas istas dicentium *tr. χ γ δ* (*ac. G*) *ε Zh*$_1$; linguas dicentium ista *ζ Sh*$_1$; linguas ista dicentium *β P*$_8$ *edd* | vidimus *S* **9** dicunt *β* **10** nostra ecclesia *tr. Sh*$_1$ | dicit (*bis*) *edd*

DATE EUM. Videamus si illi laudant deum, et intellegimus si de ipsis dixit; et si in media ecclesia ipsorum laudatur, quomodo laudant Christum qui dicunt: 'Perdidit totum orbem terrarum, diabolus illi totum abstulit, et in parte ipse remansit'? Sed adhuc videamus, apertius dicat, apertius loquatur; non sit quod interpretari, non sit quod suspicari. **UNIVERSUM SEMEN IACOB, MAGNIFICATE EUM.** Forte adhuc dicunt: 'Nos sumus semen Iacob.' Sint et ipsi, videamus.

cc 129

(25.) TIMEAT EUM OMNE SEMEN ISRAEL. Adhuc dicant: 'Nos sumus semen Israel'; permittamus, dicant. **QUONIAM NON SPREVIT NEQUE DESPEXIT PRECEM PAUPERUM.** Quid est pauperum? non de se praesumentium. Videamus si pauperes sunt qui dicunt: 'Nos sumus iusti.' Christus clamat: LONGE A SALUTE MEA VERBA DELICTORUM MEORUM; sed adhuc dicant quod volunt. **NEQUE AVERTIT FACIEM SUAM A ME; CUM CLAMAREM AD EUM, EXAUDIVIT ME.** Utquid exaudivit? ad quam rem? **(26.) APUD TE EST LAUS MEA.** Apud deum posuit laudem suam; docuit non praesumi in homine. Adhuc dicant quod volunt. Iam quidem coeperunt uri, coepit propinquare ignis, non est qui se abscondat a calore eius, sed adhuc dicant: 'Et nos apud illum laudem nostram posuimus, et nos non in nobis praesumimus'; dicant adhuc. **IN ECCLESIA MAGNA CONFITEBOR TIBI.** Iam hic puto quia

ps. 21,25

ps. 21,26

25, 5sq. Ps. 21,2 **26, 4sq.** *cf.* Ps. 18,7

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R* Ro_{11} F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

11 ipsi β | dominum $\gamma\phi$ *edd* | intellegemus *Y*; intellegamus ϕ *edd* **12** medio ecclesiae $\gamma\beta\phi$ Sh_1 **14** totum *om.* ζ | adhuc *om.* $\gamma\beta\phi$ **15** apertius[1 et 2]] utrum *praem.* ζ | quod] qui *F* (*ac.*) Na_1 | interpreteris ... suspiceris β; interpretaris ... suspicaris Zh_1 **16** suspicari] oporteat *add.* ζ **17** sint et α Sh_1; si sint *edd*; sint *cett* **25, 1** dicunt Zh_1 **2** nos ... dicant *om.* Mc_2 **3** dispexit *S* γ δ *N* | preces α; deprecationem ϕ Sh_1 *Vulg* | pauperis *S K Vulg* | quid est] quorum $\gamma\beta\phi$ Sh_1 *edd* **4** se *om.* Zh_1 **7** cum] et *praem.* Sh_1 *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* **26, 2** est *om.* α Sh_1 *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$; *tr. post* mea δ | dominum ε (*ac. N*) **3** praesumit α | quidam Zh_1 **6** in nobis non *tr. edd* | vobis Zh_1 | dicant] et *praem. K Y* **7** confitebor tibi *om. Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$; *cf. ps. 34,18; ps. 39,10*

incipit interiora tangere. Ecclesia magna quid est, fratres? Numquid exigua pars orbis terrarum ecclesia magna est? Ecclesia magna totus orbis est. Quomodo IN ECCLESIA MAGNA? Modo si quis velit Christo contradicere: 'Dic nobis, tu dixisti: IN ECCLESIA MAGNA CONFITEBOR TIBI; quae ecclesia magna? ad frustum Africae remansisti? totum mundum perdidisti? fudisti sanguinem pro toto, sed invasorem passus es?' – ista nos diximus domino tamquam quaerentes, scientes tamen quid dicturus sit; ponamus nos nescire quid dicat –, nonne nobis respondet: 'Quiescite, parcite, adhuc dico unde nemo dubitet'? Exspectemus ergo quid dicturus est. Iam ego volebam pronuntiare et non admittere homines aliud aliquid interpretari, cum dicat Christus: IN ECCLESIA MAGNA. Et tu dicis quia in extrema parte remansit? Et adhuc audent dicere: 'Et nostra ecclesia magna est'. Quid tibi videtur? Bagai et Tamugade? *O si non dicet aliquid unde obmutescant, mi 178 adhuc dicant quia magna est ecclesia sola Numidia.

(27.) Videamus, audiamus adhuc dominum. **VOTA MEA REDDAM CORAM TIMENTIBUS EUM.** Quae sunt vota sua? sacrificium quod obtulit deo. Nostis quale sacrificium? norunt fideles ma 100

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_\omega$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **26, 23** Numidia *inc. Ar*$_1$

---

8 incipit] coepit *κ φ Sh*$_1$ *edd* | quae est *Zh*$_1$; quidem *Mc*$_2$ **9** est *om. Zh*$_1$ ecclesia[2]] et *praem. K* **10** quomodo ... magna *om. γ β φ edd* **11** Christum *γ* (*ac.*) *δ* (*ac. G*) *ε*$_1$ | contradicat *ζ* | dicit *α Sh*$_1$ **12** qua *Mc*$_2$ *K β*; qui *S*; est *add. ζ* | fructum *α* (*ac. F*) *κ φ* (partem *ζ*) *Sh*$_1$; frustrum *edd* **13** Africa *γ β δ* (Africam *pc. G*) *ε Zh*$_1$ | remansit *γ β* (sola *add.*); remansisse *φ* (est ecclesia magna *add. ζ*) | effudisti *edd* **14** tota *γ δ ε Zh*$_1$ | nos *om. Sh*$_1$; non *Y* | dicimus *X* **15** quid] quod *F Na*$_1$ | dicturus sit] dicturo *Sh*$_1$ (dicturi sumus *vl.*); dicturi *Mc*$_2$ *Na*$_1$ *χ* (dicitur *Y*) *γ φ* **16** nescio *Sh*$_1$ | vobis *ζ* | respondit *S K* | parcite *om. κ φ edd* **17** spectemus *Zh*$_1$ **18** ergo *α φ* (*exc. Zh*$_1$) | nuntiare *δ* (*exc. G*) amittere *K γ* (*ac.*) *δ* (*exc. A*; *ac. G*) *N* **20** et[1] *om. β ζ* | ab extrema parte *γ* (*ir.*) *β φ* (in extremam partem *Zh*$_1$) | mansit *β φ* (*exc. ζ*) | et[2]] cum *add. ζ* **21** et *om. Mc*$_2$ | tibi] de hoc *add. ζ* **22** Baiai *φ* (*exc. ζ*; iam *P*$_8$; *eras. N*); Balai *ζ* Tamugade o] Tamugadeo *χ* (Tomugadeo *Y*); Iamugadeo *γ β δ* (*ac. G*) *ε* (*ac. N*); iam gaudeo *δ* (*exc. A*; *pc. G*) *N* (*pc.*) *P*$_8$; iam ut gadeo *Zh*$_1$; tamuga iam etiam audio *ζ*; Tamugade hoc *α Sh*$_1$; Tamugade *edd* | dicent *Mc*$_2$; dicit *Mc*$_2$ *κ φ* (dicitur *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* | unde *om. Mc*$_2$ **23** solam Numidiam *γ* (*pc.*) *φ* **27, 1** mea] domino *add. Mc*$_2$ *Ψ*$_{αβκ}$ **3** norunt] nam sunt *Zh*$_1$

vota quae reddidit coram timentibus eum; nam sequitur: **EDENT** ps. 21,27
cc 130 **PAUPERES ET SATURABUNTUR.** Beati pauperes, quia ideo edunt ut saturentur; edent enim pauperes; qui autem divites sunt, non satiantur, quia non esuriunt. *Commendat pauperes: inde erat piscator ille Petrus, inde erat alius piscator Iohannes et Iacobus frater eius, inde erat etiam publicanus Matthaeus. De pauperibus
10 ipsi erant, qui comederunt et saturati sunt talia passi qualia manducaverunt. Cenam suam dedit, passionem suam dedit; ille saturatur, qui imitatur. Imitati sunt pauperes; ipsi enim sic passi sunt, ut Christi vestigia sequerentur. Edunt pauperes. Sed quare pauperes? **ET LAUDABUNT DOMINUM QUI REQUIRUNT EUM.** Divites
15 se laudant, pauperes dominum laudant. Quare sunt pauperes? quia dominum laudant et dominum quaerunt. Dominus est divitiae pauperum; ideo inanis est domus, ut cor plenum sit. Divites quaerant unde arcam impleant, pauperes quaerunt unde cor impleant; et cum impleverint, laudant dominum quia requirunt
20 eum. Et videte, fratres, qui *auri pauperes sunt, cuius rei divites sint, quia non in arca, non in horreo, non in apotheca: **VIVENT CORDA EORUM IN SAECULUM SAECULI.**

(28.) Ergo attendite. Passus est dominus; omnia quae audistis passus est dominus. Quaerimus quare passus est, et coepit

---

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_3$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

6 edunt *κ φ Sh$_1$ edd* | autem] vero *Sh$_1$* **7** saturantur *Mc$_2$* | qui *Zh$_1$* | commendat *scripsi* (*cf. in ps. XLVIII/1,3,40*); comendant *N* (*pc.*); comedent *ζ edd*; comedant *cett edd* | erit (*ter*) *Ar$_1$ β* **8** ille piscator Petrus *tr. Ar$_1$*; Petrus piscatur ille *tr. ζ* **9** eius] ipsius *κ φ Sh$_1$ edd* | erat *om. δ* (*exc. G*) **10** ipsis *α* (*ac. F*) *Sh$_1$* | sunt **om. F Na$_1$ S* (*ac.*) *K γ δ ε Zh$_1$ Sh$_1$* **11** cenam] carnem *β* **13** edent *Y Ar$_1$ β ζ edd* **15** laudant se *tr. δ* | *deum *α* **16** *deum *α* | ut dominum quaerant *γ β φ* **17** domus est *tr. Zh$_1$* | ut] et *Y β ε$_1$* | sit *om. χ*; sit divitiis *ζ Sh$_1$*; divitiis sit *edd*; divitiis *γ β φ* (*exc. ζ*) **18** quaerunt *Mc$_2$ β* | quaerant *κ φ Sh$_1$* **19** laudent *C* (*pc.*) *β ζ Sh$_1$* | quia] *qui *Mc$_2$ γ β φ Sh$_1$ edd* **20** et **om. α* | qui auri *scripsi* (*cf. in ps. LXVI,3,49*); quia veri *F Na$_1$ χ*; quia vere *Mc$_2$ γ* (*ac. C*) *φ* (*ac. G*); qui vere *C* (*pc.*) *β δ* (*exc. A*; *pc. G*) *ζ Sh$_1$ edd* | cuius ... sint *om. Mc$_2$*; cuius rei pauperes sunt *F Na$_1$*; qui huius rei divites sunt *Y ε$_1$* divitiae *K* **21** arcam *α* (*ac. F*) | vivunt *γ β φ* **22** eorum *om. Zh$_1$* **28, 2** dominus *om. Y* | passus^2 ... narrare *om. Mc$_2$*

narrare: NARRABO NOMEN TUUM FRATRIBUS MEIS, IN MEDIO ECCLESIAE CANTABO TE. Sed adhuc dicitur: 'Ista est ecclesia.' TIMEAT EUM OMNE SEMEN ISRAEL. Dicitur: 'Nos sumus semen Israel.' QUONIAM NON SPREVIT NEQUE DESPEXIT PRECEM PAUPERIS. Adhuc dicant: 'Nos sumus.' NEQUE AVERTIT FACIEM SUAM A ME: ipse Christus dominus a se, id est ab ecclesia sua, quae est corpus ipsius. APUD TE LAUS MEA. Vos ipsos vultis laudare, sed respondent: 'Prorsus et nos ipsum laudamus.' VOTA MEA REDDAM CORAM TIMENTIBUS EUM. Sacrificium pacis, sacrificium unitatis, sacrificium corporis sui; norunt fideles, disputari inde modo non potest. EDENT PAUPERES ET SATURABUNTUR*. Edant publicani, edant piscatores, manducent, imitentur dominum, patiantur, saturentur. Mortuus est ipse dominus, moriuntur et pauperes; additur et mors discipulorum morti magistri. Quare? Da
ps. 21,28 mihi fructum. **COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE.** Eia fratres, quid quaeritis a nobis quid respondeamus parti Donati? Ecce psalmus: Et hic legitur hodie et ibi legitur hodie. Scribamus illum in frontibus nostris, cum illo procedamus, non quiescat lingua nostra, ista dicat: 'Ecce Christus passus est, ecce mercator ostendit mercedem, ecce pretium quod dedit, sanguis eius fusus est, in sacco ferebat pre- mi 179

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *ϕ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

4 laudabo *ζ* | dicunt *ζ edd* **5** dicunt *ζ edd* | semen²] domus *Mc*$_2$ **6** quoniam] qui *Mc*$_2$ | dispexit *F Na*$_1$ *K C* (*ac.*) *δ* | preces *α*; deprecationem *X Vulg* pauperum *Mc*$_2$ *Y β* **7** adhuc ... sumus *om. Mc*$_2$ | dicunt *edd* | nos] non *γ* (*ac. C*) *N* | sumus] pauperes *add. ζ* | nec *Zh*$_1$ **8** quae est] ipsius *S K γ δ ε* quae ... corpus] corpore *β Zh*$_1$ **9** laudare vultis *tr. Sh*$_1$ **10** mea] domino *add. α Sh*$_1$ *edd* **11** eum] te *Sh*$_1$ | sacrificium unitatis *om. Y*; sacrificium caritatis *γ β ϕ edd* **12** disputare *γ* (*ac. C*) *δ ε* (*ac. X*) | modo] domino *Mc*$_2$ **13** edent ... saturabuntur *scripsi*; vota mea reddam coram timentibus eum *codd edd* **14** patientur *δ* (*ac. G*) *ε* (*ac. X*) *Zh*$_1$ **15** est] Christus *add. ζ* moriantur *Mc*$_2$ **16** morte *Zh*$_1$ **17** convertantur *δ* | ad dominum *om. Mc*$_2$ **19** ecce] et *praem. K* **20** illum *om. β ϕ* (*exc. ζ*; *ac. G*; eum *P*$_8$) *Sh*$_1$ **21** procidamus *Y* **22** *passus est Christus *tr. α* | ostendet *F* (*ac.*) *Na*$_1$ **23** effusus *β*

tium nostrum, percussus est lancea, fusus est saccus, et manavit pretium orbis terrarum.' Quid mihi dicis, o haeretice? 'Non est pretium orbis terrarum. Africa sola redemta est.' Non audet dicere: 'Totus orbis redemptus est, sed periit.' Quem invasorem passus est Christus, ut perderet rem suam? Ecce COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE. Adhuc satiate* dicat? Si diceret 'Fines terrae' et non diceret UNIVERSI FINES TERRAE, dicere habebant: 'Ecce habemus fines terrae in Mauritania.' UNIVERSI FINES TERRAE dixit, o haeretice, universos dixit; qua exiturus es, ut evadas quaestionem? Non habes qua exeas, sed habes quo intres.

cc 131 ma 101

(29.) Rogo vos, nolo inde disputare, ne dicatur, quia sermo meus aliquid valet. Solum attendite, solum legite: 'Ecce Christus passus est, sanguis eius fusus est, ecce redemptor noster, ecce pretium nostrum.' Quid emit? Quid emit, dicatur mihi. Quid interrogamus? Si mihi aliquis dicat: 'O stulte, quid interrogas? codicem portas,' si mihi aliquis dicat: 'Ibi habes unde emit, ibi quaere quid emit. Ecce ibi habes: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE' Fines enim terrae commemorantur, sed haeretici obliti sunt, et ideo audiunt

28, 24 *cf.* Ioh. 19,34

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

24 lancea fusus est *om.* Mc_2 | fossus ζ | fusus est saccus *om.* Sh_1 | saccus] sanguis Y P_8 **25** *dices F Na_1 **26** audes $\gamma\beta\phi$ Sh_1 *edd* **27** totus] non *praem.* ζ | perit K **28** ecce] et *praem.* K **30** adhuc ... terrae^2 *om.* Mc_2 | satiate *scripsi* (*cf. serm. 52,4,68* [*RBen 74,18*]); *om.* $\gamma\beta\phi$; satiat te et *F*; satiat te Sh_1; satians te Na_1; satiet te et *edd*; adhuc χ | dicant β **31** habebat Zh_1 **32** universi $\gamma\beta\phi$ Sh_1 *edd* **33** dixit] fines *add.* ζ | quia Mc_2 Zh_1 (*ac.*); quo ζ | ut] ubi ζ | habes ... habes] habens Mc_2 **34** qua ζ **29, 2** solum^1 ... solum] psalmum ... psalmum ζ *edd*; solum psalmum ... psalmum Sh_1; psalmum solum ... psalmum solum *C* (*pc.*) | attendite] autem dicite K | ecce] et *praem.* K **4** quid emit *om.* $\alpha\gamma\beta\phi$ Sh_1 *edd* **5** si] quid *praem. edd* | mihi] nihil *S* aliquid Zh_1 **6** si ... dicat *om.* ζ *edd* | emis ε_1 **7** *habes ibi *tr.* α **9** commemorabuntur ϕ *edd* | ideo] id Mc_2; non *add.* ζ

omni anno. Putas ibi ponunt aures, quando lector ipsorum dicit: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE? Eia, forte unus versus est, aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit. Attende quia repetit et surdos pulsat: **ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM**. Adhuc surdus est, non audit; pulsetur iterum: **QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM**. Tres istos versus tenete, fratres. Hodie cantati sunt et ibi, aut forte delerunt illos. Credite mihi, fratres mei, ita aestuo, ita vim patior, ut mirer nescio quam surditatem et duritiam cordis ipsorum, ut aliquando dubitem utrum habeant illud in codicibus. Hodie currunt omnes ad ecclesiam, hodie omnes intenti audiunt psalmum, omnes suspenso corde audiunt. Sed fac quia non sunt intenti: Numquid unus versus est: COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE? Evigila, sed adhuc fricas oculos: ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM. Excute somnum, adhuc gravaris, audi: QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM.

ps. 21,29 (*vv. 30–32 desunt*)

(30.) Si est adhuc quod dicant, nescio. Litigent cum scripturis, non nobiscum. Ecce codex ipse, contra illum certent. Ubi est lingua: 'Nos servavimus scripturas, ne arderent?' Servatae sunt, unde tu ardeas. Quid servasti? Aperi, lege. Tu servasti et tu oppugnas? Quid servasti a flamma, quod delere vis lingua? Non credo,

---

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_\omega$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

10 ibi] ubi *F* (*pc.*) *κ φ* (*exc. ζ*) *Sh*$_1$ **13** quia repetit *om. Mc*$_2$ **14** omnes *α* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **18** deleverunt *Mc*$_2$ *Y γ β φ Sh*$_1$ *edd* | illos] eos *ζ edd*; eas *δ* (*ac.*) | ita aestuo *om. Mc*$_2$; ita est vox *Zh*$_1$ **20** ut] *Mc*$_2$ | in codicibus illud *tr. Sh*$_1$ **21** *omnes currunt *α* **22** audiunt^2 *om. Zh*$_1$ **25** et vigila *Mc*$_2$; evigilas *γ β φ Sh*$_1$ *edd* **30, 1** quod] quid *α* (qui *Mc*$_2$) | dicunt *S K* | dicat nescio litiget *Mc*$_2$ | lingent cum scripturas *Zh*$_1$ **2** illum] ipsum *Y* | certet ubi est *K*; certat ubi est *α* (certent ibi est *pc. F*); certet ibi et *γ δ* (*pc. A*) *ε*; certet tibi et *Sh*$_1$; certet et *ζ*; certe et ibi (et ibi *tr. P*$_8$) *ε*$_1$; certent ibi et *β δ* (*exc. G*; *ac. A*) **3** lingua] litigent *β* | nos] non *γ β δ* (*ac. G*) *N ε*$_1$ | servamus *P*$_8$ *ζ* **4** quod *Mc*$_2$ *Zh*$_1$ | tu^2 *om. Mc*$_2$ **5** quod servasti in flamma quid *Mc*$_2$ | ad flammem *F Na*$_1$

non credo quia servasti; prorsus non credo, non servasti. Verissime dicunt nostri, quia tu tradidisti. Ille probatur traditor, qui lecto testamento non sequitur. Ecce legitur: et sequor; legitur: et re-
cc 132 cusas. Cuius manus misit in flammam? qui credit et sequitur an
mi 180 qui dolet quia est quod legatur? Nolo scire qui servaverit. Undecumque inventus est codex, testamentum patris nostri exiit de qualibet caverna; nescio qui fures tollere volebant, nescio qui persecutores incendere volebant; undecumque prolatum est, legatur. Quare litigas? Fratres sumus, quare litigamus? Non intestatus
15 mortuus est pater: Fecit testamentum et sic mortuus est; mortuus est et resurrexit. Tamdiu contenditur de hereditate mortuorum, quamdiu testamentum proferatur in publicum; et cum testamentum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes, ut tabulae aperiantur et recitentur; iudex intentus audit, advocati silent, praeco-
20 nes silentium faciunt, universus populus suspensus est, ut legantur verba mortui non sentientis in monumento. Ille sine sensu iacet in monumento: et valent verba ipsius; sedet Christus in caelo: et contradicitur testamento? Aperi, legamus, fratres sumus,
ma 102 quare contendimus? Placetur animus noster, non sine testamento
25 nos dimisit pater. Qui fecit testamentum, vivit in aeternum, audit voces nostras, agnoscit suam. Legamus, quid litigamus? Ubi inventa fuerit hereditas, ipsam teneamus. Aperi testamentum, lege

---

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_\omega$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

8 obsequitur *Mc*$_2$ | recusas] non curas *Mc*$_2$ **9** flamma *α* (*ac. F*) **10** qui[2]] quis *F* (*pc.*) *β δ* (*exc. A*; *pc. G*) *Sh*$_1$ (*ac.*) *edd* **11** inventum est quod ex testamento *ζ* | patres *FNa*$_1$ | exigit *Sh*$_1$ **12** qui[1]] quia *α* (*ac. F*) | nescio[2] ... volebant *om. Mc*$_2$ | persecuturi *γ ε*$_\omega$ (persecutori *ac. Zh*$_1$) **13** incedere *γ* | nescio undecumque *β* **14** litigatis *Sh*$_1$ **15** mortuus[3]] et *praem. γ β φ* **16** est et resurrexit] et non surrexit *Zh*$_1$ | de *om. C* (*ac.*) *δ* (*ac.*) *ε Sh*$_1$ | hereditatem *δ* (*ac. G*) **17** prolatum fuerit testamentum *tr. Zh*$_1$ **19** *et *om. κ φ Sh*$_1$ | recitantur *ζ* | intus *α* (*ac. F*) *Ar*$_1$ *φ Sh*$_1$ **20** fiunt *γ* **23** contradicunt *ζ* | testamento] testamentum *Y*; eius *add. ζ edd* **25** vidit *γ* (videt *Ar*$_1$) **26** *cognoscit *κ φ Sh*$_1$ qui *Zh*$_1$ | fuerit inventa *tr. β* **27** hereditas] ipsa *praem. edd* | aperite *Zh*$_1$

in primo capite ipsius psalterii: *Postula a me.* Sed quis dicit? Forte non Christus? Ibi habes: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ergo filius dei dicit vel ad filium suum pater dicit. Ergo quid dicit ad filium? *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam fines terrae.* Solet fieri, fratres, ut quando quaeritur de possessione quaerantur affines. Inter affines illum et illum, ne erret heres aut cui donatur aut qui emit quaerit. Inter quos affines? inter illum et illum possidentes. Qui dimisit omnes fines, nullos dimisit affines. Quocumque te verteris, Christus est. Fines terrae habes hereditatem: Huc veni, totum mecum posside. Quare litigando vocas ad partem? Huc veni; bono tuo vinceris, totum habebis. An adhuc calumniaris? Iam ego testamentum legi et tu calumniaris? An adhuc calumniaris, quia *fines terrae* dixit, non dixit 'omnes fines terrae'? Legamus ergo. Quomodo lectum est? COMMEMORABUNTUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE. ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM, QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM. Ipsius est, non nostrum. Agnoscite dominum, agnoscite possessionem domini.

30, 28 Ps. 2,8 **29sq.** Ps. 2,7 **31sq.** Ps. 2,8

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

---

28 quid *Y* **30** ergo] ego Mc_2 | dicit vel] non dicit Zh_1 | velud *S*; vel *K* suum ... filium] dicit pater ergo dicit ad filium suum Mc_2 **32** terminos *Y* Zh_1 *Vulg* **33** quaerantur] quaerat Mc_2 | inter affines *om.* Mc_2; inter *C* **34** ne erit γ δ ε Sh_1; nec erit Zh_1; quaerit ζ; quaeritur *edd* **35** quaerit *om.* ζ *edd*; *vl. F*; quaeret *add.* α | affines] quaeritur *add.* ζ *edd* | et illum] collum *S*; et collum *Y*; colonum *K* | possidentes *om.* ζ; possidentis γ δ P_8 Sh_1; possidenti *Y* Zh_1 | qui] quid Zh_1; non *add.* ζ **36** admisit β | nullum *F* (*ac.*) Na_1 *S* (*pc.*); nullus *K* | nullos dimisit affines *om.* Mc_2 | te *om.* Mc_2 **37** Christi ζ | finis *Y* γ (*pc. C*) β δ (*exc. G*; *ac. A*) ζ | habens Mc_2 | totam γ β ϕ Sh_1 *edd* **38** mecum *tr. post* posside Sh_1; meum Mc_2 | patrem γ δ *N* (*ac.*) Zh_1 **39** totam γ β ϕ (*exc.* Zh_1) Sh_1 | ego iam *tr. edd* **40** an *om.* Sh_1 **42** quod modo *Y* β Zh_1 ζ; quod Mc_2 **44** universae] omnes Mc_2 $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ | patriae] familiae Sh_1 (*vl.*) **45** est^2 *om.* Mc_2 **46** vestrum κ ϕ Sh_1 *edd* | domini] eius Sh_1; agnoscite *add.* Mc_2

(31.) Sed vos, quia privata vestra vultis possidere et non in
cc 133 commune cum Christo unitatem (dominari enim vultis in terra, non cum illo in caelo regnare), possidetis domos vestras. Et aliquando venimus ad illos dicentes: 'Quaeramus verum, invenia-
5 mus verum;' et illi: 'Vos tenete quod tenetis; oves tuas habes, oves meas habeo. Noli esse molestus ovibus meis, quia et ego non sum molestus ovibus tuis.' Deo gratias! Meae sunt oves, illius
mi 181 sunt oves! Christus quid emit? Immo nec meae sint nec tuae, sed illius sint qui illas emit, illius sint qui illas signavit. *Neque qui*
10 *plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus*. Quare habeo meas, habes tuas? Si ibi est Christus, illo eant meae, quia non sunt meae; si hic est Christus, huc eant tuae, quia non sunt tuae. Propter possessiones osculentur nobis caput et manus, et pereant filii alieni? 'Non est mea possessio' inquit. Quid est
15 hoc? Videamus si non est tua possessio, videamus si non tibi illam vindicas. Ego nomini Christi laboro, tu nomini Donati. Nam si Christum attendas, ubique est Christus. Tu dicis: 'Ecce hic est Christus'; ego dico: 'Per totum est.' Laudate, pueri, dominum, laudate nomen domini. Unde laudant? Usquequo laudant?

31, 9sq. 1 Cor. 3,7 **17sq.** *cf.* Matth. 24,23 **18–20** *cf.* Ps. 112,1.3

α (*FMc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*SKY*) γ (*CAr*$_1$) β (*RRo*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*AG*) ε_ω (ε (*NX*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

31, 1 sed at γ δ (*exc. A*) ε *Sh*$_1$; sed ad δ (*exc. G*) *Zh*$_1$; sed et ζ *edd* | quia *om. Y* primata δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) *Zh*$_1$ | possideri χ | non *om.* β | in ... unitatem] communi ... unitate γ β ϕ (communicare ... unitati ζ) *Sh*$_1$ *edd* **2** dominare γ (*ac. C*) δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) | enim *om. Mc*$_2$ ζ | vultis enim *tr. Sh*$_1$ | non *om.* γ ε *Zh*$_2$; et δ **3** domus *K C* (*ac.*) β δ (*exc. G*) **4** illum α; vos ζ | invenimus *Zh*$_1$ **5** illi] vos ζ | habe α (*ac. F*) *Sh*$_1$ **6** molestus esse *tr.* ζ *edd* | et *om. Sh*$_1$ **7** illius sunt oves *om.* ζ **8** sunt *K Y* β *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ **9** sint[1]] sunt *Mc*$_2$ *K Y Zh*$_1$ illas[1]] eas *Mc*$_2$ *Na*$_1$ | sint[2]] sunt *K Y* | seminavit *Zh*$_1$ **11** habes] tu *add. F* (*pc.*) γ β ϕ (*pc. X*; *praem.* ζ) *Sh*$_1$ *edd* **12** si] sed *Mc*$_2$ | propter possessiones quia non sunt tuae *tr.* α (*ac. F*) **13** sunt *om. K* | manus et pedes *Sh*$_1$ **14** pergant γ β ϕ *Sh*$_1$ | inquis ζ **15** illam tibi *tr. edd* | illam *om. Mc*$_2$; illa *F* | vindicas illam *tr. Y* **16** ergo δ (*ac. G*) ε | nomine *Mc*$_2$ | Donati nomine *Mc*$_2$ **18** est[1] *om.* ζ est[2]] Christus *add. Sh*$_1$ **19** laudant[1]] laudent *C* β ϕ | laudant[2]] laudent β δ (*exc. A*; *pc. G*) ζ

A solis ortu usque ad occasum laudate nomen domini. Ecce quam ecclesiam ostendo, ecce quid emit Christus, ecce quid redemit, ecce pro quo sanguinem dedit. Sed tu quid dicis? 'Et ego illi colligo.' *Qui mecum* inquit *non colligit, spargit*. Dividis unitatem, possessiones tuas quaeris. Et quare habent nomen Christi? quia ad defensionem possessionis tuae titulos Christi posuisti. Nonne hoc faciunt nonnulli in domo sua? Ne domum ipsius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces. Ipse vult esse possessor et frontem domus suae vult de titulo alieno muniri, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus potentia nominis abstineat se ab invasione. Fecerunt illud, quando Maximianistas damnaverunt. Egerunt apud iudices et concilium suum recitaverunt tamquam titulos ostendentes, ut episcopi viderentur. Tunc iudex interrogavit: 'Quis hic alter episcopus est? De parte Donati?' Respondit officium: 'Nos non novimus nisi Aurelium catholicum.' Timentes illi leges non responderunt nisi de uno episcopo. Illi autem ut audirentur a iudice, nomen Christi imponebant, in possessione sua titulos illius imposuerunt. Bonus est dominus, qui illis parcat et, ubi invenerit titulos suos, vindicet illud possessioni suae. Potens est misericordia ipsius, qui illis illud faciat, ⟨et⟩ quos- ma 103

23 Matth. 12,30 **31** *cf.* Concilium Bagaitanum (CSEL 53, 276–278) **35** *cf. e.g.* Cod. Theod. 16,5,21 **39sq.** *cf.* Luc. 14,23 (*iuxta Aug.*)

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_3)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

20 ad occasum *om.* δ (*exc. G*) | nomen domini *om.* δ (*ac. G*) **21** quid[1]] qui β | Christus emit *tr.* Sh_1 | quid[2]] qui *Y* **22** et *om.* Mc_2 | illo χ **24** habes Mc_2 | quia] qui Mc_2 γ (*ac. C*); quid β **27** potest Mc_2 Na_1; potes *F* | poni α (*ac. F*) | pone tibi χ | titulos potentis *om. Y* | potentes ζ | mendacis Mc_2 γ (*ac. C*) *N* (*pc.*) Zh_1 **28** suae] non *add.* α (*ac. F*) | munire *F* Na_1 *S Y* **29** conterritus] contritus Zh_1; quis *add. edd* **30** illi id Mc_2 | clamaverunt Mc_2 **32** videntur δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) **34** officium] unus ζ **35** *legem α **36** autem *om.* Mc_2 audierunt Mc_2; viderentur ζ | imponebant *iter.* α | possessionem suam Mc_2 **37** ipsius Sh_1 | imposuerunt *om.* Mc_2 | illi *F* (*ac.*) Na_1 **38** ubi] non *add.* Mc_2 possessionis suae α (*ac. F*) χ ζ; possessione sua *F* (*pc.*) γ β δ ε P_8; in possessionem sibi ζ **39** ipsius] illius Zh_1 | quia *K* | illud illis *tr.* Sh_1 | et *addidi*; *om. codd edd* | quocumque *K*

cumque invenerit nomen Christi portare, congreget illos. Et vi-
cc 134 dete, fratres, quando potens aliquis invenerit titulos suos, nonne iure sibi rem vindicat et dicit: 'Non poneret titulos meos, nisi res mea esset? Titulos meos posuit, mea res est; ubi nomen meum invenio, meum est.' Numquid titulum mutat? Titulus qui erat, ipse est; possessor mutatur, titulus non mutatur. Sic et illi qui baptismum habent Christi si veniunt ad unitatem, non mutamus titulos aut delemus titulos, sed agnoscimus titulos regis nostri, titulos imperatoris nostri. Sed quid dicimus? 'O domus misera, ille te possideat cuius titulos habes; Christi titulos habes, noli esse Donati possessio.'

(**32**.) Multa diximus, fratres; sed illud de memoria vestra non recedat, quod hodie legitur. Ecce iterum dico, et saepe dicendum est; per ipsum diem, id est per sacramenta huius diei constringo vos, ut non vobis exeat de cordibus. COMMEMORABUN-
mi 182 TUR ET CONVERTENTUR AD DOMINUM UNIVERSI FINES TERRAE. ET ADORABUNT IN CONSPECTU EIUS UNIVERSAE PATRIAE GENTIUM, QUONIAM DOMINI EST REGNUM, ET IPSE DOMINABITUR GENTIUM. Contra tam apertam et manifeste demonstratam possessionem Christi non audiatis verba calumniatoris. Quidquid contradicunt, homines dicunt; hoc autem deus dicit.

α ($F Mc_2 Na_1$) κ (χ ($S K Y$) γ ($C Ar_1$) β ($R Ro_{11} F_3$)) ϕ (δ ($A G$) ε_ω (ε ($N X$) ε_1 ($Zh_1 P_8$)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*) **32, 10** dicit *des.* Mc_2

---

41 aliquid $S K$ **42** sibi iure rem (re Zh_1) *tr.* $\kappa \delta \varepsilon Zh_1 Sh_1$; sibi rem iure *tr.* ζ; iure rem sibi *tr.* P_8 *edd* | pone Zh_1 | meos titulos in re sua ζ | nisi ... esset **om.* $\kappa \phi$ (*exc.* ζ) **43** ibi $\gamma \delta$ (*ac. G*) ε (*ac. X*) P_8 **44** titulus γ (*ac. C*) $\beta \phi$ (*pc.* Zh_1); titulos C (*pc.*) Zh_1 (*ac.*) *edd* | mutatur $K \beta X \varepsilon_1$ (mutatus P_8) ζ **45** illi *om. edd* | habent baptismum *tr.* Zh_1 **46** titulos] titulo Y **47** delemus] silemus $\gamma \beta \phi$ (*exc.* ζ) Sh_1 **49** possidat Y | *titulum (*bis*) α (titulus *bis ac. F*) | Donati esse *tr.* β **32, 1** illud *om.* Y **2** quod] quid α **3** sacramentum $S Zh_1$ | vos constringo *tr.* β **4** non] a *add.* Zh_1 | exeant $\gamma \phi$ (*exc.* ζ; *ac. X*) **5** convertuntur Zh_1 **8** manifeste *om.* Mc_2; manifestam ζ **9** quiqui ζ **10** contradicunt] dicunt Sh_1 | dicit] amen *add.* α

SERMO 166A

olim In psalmum XXV

Ex apostolo de homine vetere exuendo et novo induendo et de versu psalmi vicensimi quinti

(**1.**) Paulus apostolus cum legeretur, audivit nobiscum sanc- ma 109
Eph. 4,21–24 titas vestra. *Sicut est* inquit *veritas in Iesu, deponere vos secundum* mi 188
priorem conversationem veterem hominem, eum qui corrumpitur cc 142
secundum concupiscentias deceptionis; renovamini autem spiritu mentis vestrae et induite novum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Et ne aliquis arbitraretur deponendam esse aliquam substantiam, quemadmodum se exspoliat tunicam, aut aliquid forinsecus accipiendum, quomodo accipit aliquod vestimentum, quasi ponens unam tunicam et sumens alteram, et carnalis iste intellectus non permitteret homines agere in se intus spiritaliter quod praecipiebat apostolus, secutus est et exposuit quid esset exui veterem hominem et indui novum. Cetera enim lectionis ipsius ad eundem intellectum pertinent. Ait quippe quasi dicenti: ‘Et quomodo me exuturus sum veterem aut

1, 2–6 Eph. 4, 21–24

α (*F Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *ϕ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

tit. *titulum ex Indic. X*^{6}. *98 supplevi*; incipit alius tractatus psalmus XXV *S*; incipit tractatus de eodem (*sl.*) psalmo *C*; sequentia eiusdem psalmi *δ*; incipit eiusdem repetita *ε* (eius de *N*) *Zh*$_1$; alia expositio de eodem psalmo *Mc*$_2$; item alius tractatus supradicti doctoris de eodem psalmo *α*; incipit de eodem psalmo tractatus secundus *β* (incipit secundus de eodem *F*$_5$); item de eodem psalmo alia expositio *Y*; incipit tractatus de psalmo eodem *P*$_8$; item in eundem *Sh*$_1$; incipit eiusdem psalmi repetitio *ζ* **1, 1** cum] eiusdem *add. S* **2** est] enim *add. α* | Iesu] Christo *praem. α Sh*$_1$ | deponite et *ζ* **4** concupiscentiam *α* **5** hominem] *eum *add. κ P*$_8$ **7** exspoliat] quis *add. ζ* **8** tunica *Y β X* (*pc.*) *ε*$_1$ *ζ edd* | aut] *ad *α χ P*$_8$ *Sh*$_1$ | accepit *γ* **9** aliquis *ϕ* (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$; aliquid *F* | unam] unicam *α S* (*ac.*) **11** et *om. α K* (*ac.*) **12** exui] exposuit *α* exuite ... induite *γ β ϕ* (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$ | vetere homine ... novo *S K* | induit novo *F* (induite novum *pc.*) **14** dicente *Zh*$_1$ | me *om. Y P*$_8$ | exuiturus *F* (exuturum *ac.*) *Zh*$_1$ *ζ Sh*$_1$ (*pc.*) | *vetere *S K β X* (*pc.*); veterem hominem *Sh*$_1$

quomodo induturus novo? An ipse tertius homo sum depositurus veterem hominem quem habui et accepturus novum quem non habui, ut tres homines intellegantur et sit in medio qui deponit veterem hominem et accipit novum?' – ne ergo quisquam tali carnali cogitatione impeditus minus faceret quod iubetur et non
mi 189 faciens excusaret se de obscuritate lectionis, dicit in consequentibus: *Quapropter deponentes mendacium loquimini veritatem.* Et Eph. 4,25
ecce hoc est deponere veterem hominem et induere novum: *Quapropter deponentes mendacium loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo, quia sumus invicem membra.* (**2.**) Ne autem quisquam vestrum ita cogitet, fratres, cum Christiano loquendam veritatem et cum pagano mendacium: Cum proximo tuo loquere. Proximus tuus ille est, qui tecum natus est ex Adam et Eva. Omnes proximi sumus condicione terrenae nativitatis, sed aliter fra-
cc 143 tres illa spe caelestis hereditatis. Proximum tuum debes putare omnem hominem, et antequam sit Christianus. Non enim nosti quid sit apud deum; quomodo illum praescierit deus ignoras. Aliquando quem irrides adorantem lapides convertitur et adorat deum fortasse religiosius quam tu, qui eum paulo ante irridebas. Sunt ergo proximi nostri latentes in his hominibus, qui nondum

21–24 Eph. 4,25

α (FNa_1) κ (χ (SKY) γ (CAr_1) β ($RRo_{11}F_5$)) ϕ (δ (AG) ε_ω (ε (NX) ε_1 (Zh_1P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*) **1, 23** deponentes *inc. Caes* (*sermo 180; praecedunt nonnulla*) **24** suo *des. Caes* **2, 2** ita *inc. Caes Beda* (*Coll. in apost. nr. 325* [Fransen]) **3** loquere *des. Beda* **4** omnes *inc. Beda* **8** deum *des. Beda*

15 induiturus $SKSh_1$ (*pc.*); sum *add.* Y (*ac.*) ϕ | novum YAr_1 (*pc.*) $\varepsilon_1\zeta Sh_1$ *edd* sum homo *tr.* Sh_1 **18** hominem **om.* $\alpha\zeta$ **20** sed Zh_1 **21** veritatem] unusquisque *add.* δSh_1 **24** quoniam sumus in invicem Zh_1 **2, 2** ita *om.* Zh_1; nemo ita *Caes*; nemo itaque *Beda* | fratres *om. Caes Beda* **3** veritatem *om. Beda* | tuo *om.* ϕ (*exc.* P_8) | loquere] loqui iubemtatem ζ; veritatem proximus est omnis homo *add. Caes Beda* **4** est natus *tr.* Zh_1 **5** sed] *et κ (*exc.* Y) ϕ (*exc.* P_8) *Caes* (*codd.*) *Beda* | aliter fratres *om.* β | fratres *tr. post* caelestis *cod. Caesarii* **7** hominem *om.* χ (*ac.* S) γ (*ac.* Ar_1) | nostis α **8** qui $FKSh_1$; quis Na_1YP_8 | qualis futurus sit *Caes*; qualis sit futurus *Beda* | deus praescierit *tr.* ζ **9** rides χ (*ac.* S); vides α | adorando Y | idolum convertetur et adorabit *Caes* **10** ridebas *Caes* (deridebas *cod.*) **11** ergo] enim ϕ (*exc.* P_8) Sh_1 | non *Caes*

sunt in ecclesia; et sunt longe a nobis latentes in ecclesia. Ideoque ma 110
quia non scimus futura, unumquemque proximum habeamus,
non solum condicione mortalitatis humanae ⟨ad⟩ quam in hac
terra eadem sorte devenimus, sed etiam spe illius hereditatis, quia
non scimus quid futurus sit qui modo nihil est.

(3.) Ergo attendite cetera in induendo novo homine et exuendo vetere. *Deponentes* inquit *mendacium loquimini veritatem*
Eph. 4,26 *unusquisque cum proximo suo, quia sumus invicem membra. Irascimini et nolite peccare.* Si propterea irasceris servo tuo quia peccavit, ne tu ipse pecces irascere tibi. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Intellegitur quidem secundum tempus, fratres, quia etsi ex ipsa humana condicione et infirmitate mortalitatis quam portamus subrepit ira Christiano, non debet diu teneri et fieri pridiana: eice illam de corde antequam occidat lux ista visibilis, ne te deserat lux illa invisibilis. Sed et aliter bene intellegitur, quia est noster sol iustitiae veritas Christus, non iste sol qui adoratur a

3, 2–6 Eph. 4, 25–26 **11** *cf.* Mal. 4,2

α (*F Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *Caes edd* (*lo ma mi cc*) **16** qui *inc. Beda* | modo *des. Caes Beda* **3, 2** deponentes *inc. Caes* **3** irascimini *inc. Beda* **11** Christus *des. Beda*

12 ideoque *om. Caes* (*praecedunt nonnulla*) | quia (*Caes*)] qui $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$) *edd* **13** non ... habeamus] quae futura sunt sunt scire non possumus omnem hominem computemus *Caes* | habemus $\gamma\delta$ (*ac. G*) ε *Zh*$_1$ **14** ad *addidi*; *om. codd edd* | quam α; qua *cett Caes edd* | hac *om. Caes* | hanc terram $\gamma\beta$ *edd* **16** non scimus] nescimus ζ | quid] et *praem.* χ *Caes* (*cod.;* ei *Morin*) | futurum γ (*ac. C*) δ (*ac. G*) ε *Caes* | modo] aut Iudaeus est aut haereticus aut paganus. Forte (sicut dictum est *add. Caes*) per misericordiam domini ita convertetur ad deum, ut inter sanctos primum locum habere mereatur *add. Caes Beda* **3, 1** in *om.* δ *Sh*$_1$; de *F* (*sl.*) | novo homine ... vetere $\alpha\chi$ *P*$_8$; novum hominem ... veterem *cett edd* **3** quoniam *Sh*$_1$ | in invicem *Zh*$_1$ **4** suo *Zh*$_1$ **5** ne] et *add. Y P*$_8$ *edd* | irasce δ (*ac.*) ε (*ac. X*) **6** intellegite *K* | fratres *om. Beda* **7** etsi] si $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$) *Beda* | humana *om. Beda* **8** subripit *Y P*$_8$ *Caes Beda* Christiano ira *tr.* ζ; ira Christiana *K* | tenere *K* γ (*ac. C*) δ (*ac. G*) ε *Zh*$_1$ **9** pridiane γ (perendiana *vl. C*) | illam] ancillam (*cf.* Gen. *21,10*) *Zh*$_1$ **10** et *om.* α *P*$_8$ | bene] melius *Caes Beda* **11** est *om. Caes Beda* | noster est *tr.* β | et veritatis *Caes Beda* | Christus] est *add. Beda*

paganis et Manichaeis et videtur etiam a *pecoribus, sed ille alius, cuius veritate natura humana illustratur, ad quem gaudent angeli, hominum autem infirmatae acies cordis etsi trepidant sub radiis eius, ad eum tamen contemplandum per mandata purgantur. Cum coeperit iste sol in homine habitare per fidem, non tantum in te valeat iracundia quae in te nascitur, ut occidat super iracundiam tuam, id est deserat Christus mentem tuam, quia non vult habitare cum iracundia tua. Videtur enim quasi ipse a te occidere, cum tu ab ipso occidas, quia ira cum inveteraverit fit odium; cum factum fuerit odium, iam homicida es. *Omnis* enim *qui odit fratrem suum, homicida est*, sicut dicit Iohannes apostolus. Item ipse dicit, quia *omnis qui odit fratrem suum, in tenebris manet*, et non mirum si ille in tenebris manet, a quo occidit sol.

mi 190 (**4.**) Ad hoc forte pertinet quod audistis etiam in evangelio: Luc. 8,23 *Periclitabatur navigium in stagno, et dormiebat Iesus.* Navigamus enim per quoddam stagnum, et ventus et procellae non desunt; tentationibus cotidianis huius saeculi prope oppletur nostrum na-

16 *cf.* Eph. 3,17 **21sq.** 1 Ioh. 3,15 **23** 1 Ioh. 2,9 **4, 1sq.** *cf.* Luc. 8,23

α (*F* Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *Caes edd* (*lo ma mi cc*) **13** cuius *inc. Beda* **19** tua *des. Beda*

12 a *om.* δ (*ac. G*) | pecoribus *scripsi* (*cf. Io. ev. tr. 34,2,9; serm. 75,5*); peccatoribus *codd Caes Beda edd* | sed] et *add.* χ γ (*ac.*) ϕ (*exc.* ζ) **13** humana natura *tr. edd*; anima humana *Caes Beda* | natura illustratur humana *tr.* ζ | quam α κ (*exc. Y*) δ *N* (*ac.*) **14** infirmitate *F Y* (*ac.*) Ar_1 F_5 δ (infirmatur *pc. G*) Zh_1 Sh_1 *Caes* (*cod.*); infirmata ζ | cordis acies *tr.* Zh_1 Sh_1 | trepidat ζ **15** attemplandum Sh_1 | pergantur Zh_1 **16** coeperit *tr. post* sol *Beda* | ipse *Caes Beda* habitare in homine *tr.* Zh_1 | tamen (tantam *Beda*) videat in te iracundiam *Caes Beda* **17** valeat in te *tr.* Ar_1 | iracundia tua Sh_1 | in te^2 *om. Caes Beda* occidat] sol *add. Beda* | iracundiam] illam sol *vl. F* **18** tuam^1] sol *add. Caes* **19** habitare] Christus *praem. C* (*ac.*) β; Christus *add.* κ (*pc. C*) ϕ *edd*; deus *praem. Caes* | ipse] se *add. Y* P_8 | a *om.* δ ε Zh_1 | te] tibi *X* Zh_1 (*sl.*) **20** tu *sl. Y*; te *add. Y* P_8 | occidis Zh_1; occideris *Caes* | cum ira veteraverit Ar_1; cum veteraverit ira *Caes* | inveteraverit *vl. F*; in vetera fuerit δ (*exc. A*; *pc. G*); inveterata fuerit *F* | odium fit *tr. edd* **21** enim *om. Caes* **22** suum *om.* γ β δ *N* Zh_1 **23** quia *om. Caes* | et *om. Caes* **24** occidet *Caes* (*cod.*) **4, 1** fortasse permanet Zh_1 | etiam pertinet quod audistis *tr. edd* **2** Iesus] dominus δ (*exc. G*) **3** enim] in hac vita quasi *add. Caes* | et^1 *om.* Zh_1 | ventus] est *add. Caes* | et^2 *om. Y* **4** tentationis Zh_1 | pompae α

vigium. Unde autem fit nisi quia dormit Iesus? Si non in te dormiret Iesus, tempestates istas non patereris, sed tranquillitatem haberes interius cum vigilante tecum Iesu. Quid est autem dormire Iesum? fides tua quae est de Iesu obdormivit. Surgunt procellae stagni huius; vides malos florere, bonos laborare: tentatio est, fluctus est; et dicit anima tua: 'O deus, ipsa est iustitia tua, ut mali floreant, boni laborent?' Dicis deo: 'Ipsa est iustitia tua?' et deus tibi: 'Ipsa est fides tua? Haec enim tibi promisi? Ad hoc Christianus factus es, ut in saeculo isto floreres? Torqueris, quia hic mali florent, qui cum diabolo postea torquebuntur?' Sed unde hoc dicis? unde fluctibus stagni et tempestate turbaris? quia dormit Iesus, id est quia fides tua quae est de Iesu sopita est in corde tuo. Quid facis ut libereris? Excita Iesum et dic: 'magister, perimus' (movent enim incerta stagni), 'perimus.' Evigilabit ille, id est redit ad te fides tua, et adiuvante illo considerabis in anima tua, quia ea quae dantur modo malis, non cum illis perseverabunt (aut enim viventes eos deserunt aut a morientibus deseruntur);

cc 144

Luc. 8,24

17sq. *cf.* Luc. 8,24

α (*F Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *Caes edd* (*lo ma mi cc*) **4, 8** Iesum *des. Caes* **16** quia *inc. Caes* (nisi *praem.*) **17** perimus *des. Caes* **18** evigilabit *inc. Caes*

5 autem *om. Caes* | Iesus] Christus *Caes* | in te dormiret α *Caes*; dormiret in te *tr. cett edd* **6** Iesus *om. Caes* | istas *om. Sh*$_1$ | pateris *K* **7** interius] habes autem tranquillitatem interius *add. Sh*$_1$ | cum evigilante *Caes* (*cod.*); cum vigilat γ (*ac. Ar*$_1$) ϕ (convigilantem *P*$_8$) *Sh*$_1$; cum vigilaret *Ar*$_1$ (*pc.*) β; convigilante *Caes* (*edd.*) *edd* | tecum *om. Y* | Iesus $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$; *mg. A*) *Sh*$_1$; Iesum *F*; deus *add.* δ (*ac. G*) | quid est] quidem γ (*ac.*) $\delta\varepsilon$ | autem *om.* α; aut γ (*ac. Ar*$_1$) $\delta\varepsilon$; quod in te dicitur *add. Caes* | dormit Iesus $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$ *edd* **8** Iesus *Caes* | obdormit β *Zh*$_1$ | surgant *Zh*$_1$ **9** florere malos *tr.* α **10** dicit] dubitat $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$; et dicit *add. Sh*$_1$ | deus *iter.* α | ipse *K* | tua^2 **om.* α χ **11** laborant δ (*ac. G*) | ipse δ | est *om. Zh*$_1$ **12** est *om. YP*$_8$ (*ac.*) | enim *om.* α (*ac. F*) **13** torqueris] et in futuro postea in inferno miserrime *praem. YP*$_8$ **15** in fluctibus ζ | tempestati γ (*ac. C*; tempestatis *pc. Ar*$_1$) δ (*ac. G*) ε (*ac. X*); tempestatibus β *X* (*pc.*) | dormivit δ (*ac. G*) **17** facias *Caes* (*edd.*) **18** moveant ε (*ac. N*); moventur *Zh*$_1$ *Sh*$_1$ | enim *om. N*; haec *X* | stagni] et *add.* β | evigilavit $\chi\gamma$ (*ac. C*) *P*$_8$ | ille ... est] quippe *Zh*$_1$ **19** rediit *YP*$_8$; redibit β; rediet *C* (*pc.*) *Zh*$_1$ *Caes edd*; redeat ζ | iuvante α **20** ea *om. edd*; terrena bona *Caes* | modo *om. Caes* | malis modo *tr. Sh*$_1$ **21** a *om. Caes* (*cod.*)

ma 111 tibi autem quod promittitur manebit in aeternum; illi quod temporaliter conceditur, cito tollitur. Floruit enim ut flos feni; omnis autem caro fenum; aruit fenum, et flos decidit; verbum autem domini manet in aeternum. Pone ergo dorsum ad id quod cadit et faciem ad illud quod manet. Evigilante Christo iam tempestas illa non quatiet cor tuum, non opplebunt fluctus navem tuam, quia fides tua imperat ventis et fluctibus: et transiet periculum. Ad hoc enim pertinet, fratres, totum quidquid dicit apostolus de exuendo vetere homine. *Irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram, neque detis locum diabolo*: Vetus ergo dabat locum, novus non det. *Qui furabatur, iam non furetur:* Vetus ergo furabatur, novus non furetur. Ipse homo est, unus homo est: Adam erat, Christus sit; vetus erat, novus sit; et cetera quae ibi iam sequuntur. Eph. 4,27 Eph. 4,28

(**5.**) Sed psalmum videamus paulo diligentius, quia cum quisque profecerit in ecclesia, necesse est patiatur malos in ecclesia. Sed non eos cognoscit qui talis est, quamquam multi mali murmurent adversus malos; quomodo facilius unus sanus fert duos aegrotos quam duo aegroti se invicem singulos! Itaque hoc praecipimus, fratres, area est ecclesia huius temporis – saepe dixi-

23–25 *cf.* Is. 40,6.8 **28** *cf.* Luc. 8,24 **30–33** Eph. 4,26–28

α (*F Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *Caes edd* (*lo ma mi cc*) **25** pone ... manet] *Sedul. Coll. misc. XIII, VIII, 45* (CC cm 67, 73) **34** novus *des. Caes* **5, 5** itaque *des. Ar*$_1$ **6** saepe *inc. Caes*

22 illis β *P*$_8$ *Caes edd* | quid *F* **23** tolletur *Caes* | florent β; florebit *Caes* **24** autem[1]] enim *Caes edd* | fenum[2]] et *add. edd* | cecidit δ (*ac. G*) **26** illud] id *Sed* | evigilante] et *praem. F* | iam] si *Caes* **27** quatiet ... fluctus] merserit nec oppleverit *Caes* | implebunt *X* **28** quia] iam *Caes* | imperabit *Caes* et[2]] ideo *add. Caes* | transit *Caes* (*cod.*) **29** enim *om.* δ (*exc. A*) | quidquid] id quod α *S* (*ac.*) *Sh*$_1$ *edd* | dixit *Caes* (*tr. post* homine) **30** *vetere (veteri ζ *Caes*) homine χ *C* (*pc.*) ε_1 ζ *Caes*; veterem hominem *cett edd* **31** vestram *om.* δ (*ac. G*) | locum detis *tr.* γ β ϕ (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$ *edd* **32** novus] autem *add.* α det] dedit γ (*ac. C*) δ (*ac. G*) ε *Zh*$_1$ | iam ... furetur *om.* α **33** furabatur] furatur δ (*ac.*) | furetur] furatur δ (*exc. A*; *ac. G*) *Zh*$_1$ **34** Christus sit] sed *Caes* | novus] factus est *add. Caes* **35** iam *om.* ϕ *edd* **5, 1** in psalmo ζ quia *om.* β; qui χ γ (*ac. C*) | cumque *Y* **3** agnoscit ζ | qui] *quia χ; quando α | tales sunt *Y* **6** saepe diximus *om. X*

mus, saepe dicimus – et paleam habet et frumentum: Nemo quaerat exire totam paleam nisi tempore ventilationis; nemo ante tempus ventilationis deserat aream, quasi dum non vult pati pec- mi 191
catores, ne praeter aream inventus prius ab avibus colligatur 10
quam ingrediatur in horreum. Quomodo autem hoc, fratres? Dicamus, attendite grana. Cum coeperint triturari, inter paleam illa cc 145
iam se non tangunt, ita quasi non se noverunt, quia intercedit palea. Et quicumque longius attendit aream, paleam solam putat; nisi diligentius intueatur, nisi manum porrigat, nisi spiritu oris, 15
id est flatu purgante, discernat, difficile pervenit ad discretionem granorum. Ergo aliquando et ipsa grana ita sunt quasi seiuncta ab invicem et non se tangentia, ut putet unusquisque cum profecerit quod solus sit. Haec cogitatio, fratres, Eliam tentavit, tantum virum, et dixit deo, sicut etiam apostolus commemorat: *Prophetas* 20
tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego remansi solus, et quaerunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curvauerunt genua ante Baal.

5, 20–23 Rom. 11,3–4; *cf.* 3 Reg. 19,10

α (*F Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *Caes edd* (*lo ma mi cc*)

7 dicimus] dicemus *δ* (*exc. G*; *pc. A*) *Sh*$_1$ *Caes* (et quamdiu vixerimus dicere debemus quia ecclesia temporis huius *add.*) | *paleas *α* | habet et] habete *χ* (habet *Y*) **8** exire] expellere *Caes* **9** ventilationis *om. Caes* | quasi dum] ne dum forte *Caes* | pati *om. Caes* **10** ne *vl. X*; non *γ* (*ac.*) *δ ε Zh*$_1$ *Sh*$_1$; ut non *ζ*; sustinere *Caes* | praeter *vl. F*; propter *F δ X* (*ac.*) | colligantur *α* **11** egrediatur *K* | autem hoc *om. Y* | hoc *om. Caes* | dicamus] hic *praem. Y* **12** triturare *γ* (*ac.*) *ε* (*ac. X*) | intra *Y P*$_8$ | paleam] paleas *F* (*pc.*) *γ β φ* (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$ *edd* | illa *om. κ φ edd* **13** non se *tr. Caes* | ita] et *Caes* | se non *tr. ζ edd* se[2] te *K* | noverint *Y ε*$_1$ | intercidit *S* (*pc.*) *δ* (*exc. A*; *pc. G*) *Zh*$_1$; medio *add. Caes* **14** attendat *Caes* | solum *Caes* **15** porrigat manum *tr. Zh*$_1$ **16** difficilem *F* **17** et ipsa aliquando *tr. α*; aliquando etiam *β* **18** et ... unusquisque] ut non se tangant. Haec similitudo ad illum pertinet qui *Caes* unusquisque] quando *add. β ζ* | proficerit *S* (*pc.*) *Y*; proximo fecerit *γ* (*ac.*) *δ ε*; proximo fuerit *γ* (*pc.*) *β ζ*; proximum fecerit *Zh*$_1$; putat *add. Caes* **19** quod ... sit] putat quod ipse solus sit bonus *Caes* | Eliam] etiam *praem. Caes* **20** ad deum *γ β δ ε ζ Sh*$_1$ *edd*; ad dominum *Zh*$_1$ | sic *Caes* | apostolus] liber regum *Caes* **21** tuas *Y* **22** quid dicit] dixit *Caes* | divinum responsum *tr. Zh*$_1$ **23** incurvaverunt *ε*

Non dixit ei: 'Habes alios duos aut tres similes tibi.' 'Noli' inquit 'putare te solum.' 'Alia' inquit 'septem milia sunt, et solum te putas?' Itaque hoc breviter praecipimus, ut dicere coeperam. Intendat mecum fraterna sanctitas vestra, et adsit misericordia dei cordibus nostris, ut sic a vobis intellegatur, ut fructificet et operetur in vobis. Audite breviter: 'Quisquis adhuc malus est, non putet neminem bonum esse; quisquis bonus est, non putet se solum bonum esse.' Tenetis hoc? Ecce repeto, videte quia dico: 'Quisquis malus est, interrogans conscientiam suam et male sibi renuntians, non arbitretur neminem bonum esse; quisquis bonus est, non arbitretur se solum bonum esse, et non timeat bonus in commixtione malorum, quia veniet tempus ut inde segregetur.' Ad hoc enim hodie cantavimus: NE COMPERDAS CUM IMPIIS ANIMAM MEAM ET CUM VIRIS SANGUINUM VITAM MEAM. Quid enim est: NE COMPERDAS CUM IMPIIS? ne simul perdas. Quare timet ne simul perdat? 'Video enim' dicit deo, 'quia modo simul nos pateris: quos pateris simul, noli perdere simul.' Et hoc habet totus psalmus, quem volo breviter cum sanctitate vestra considerare, quia brevis est.

ma 112

36–38 Ps. 25,9

α (*F Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *Caes edd* (*lo ma mi cc*) **28** nostris *des. Caes* **29** audite *inc. Caes* **35** segregetur *des. Caes*

24 non] et non *Caes* (non *om. cod.*) | aut] vel ζ | tres] qui *add. F* | tibi] ubi *Y* **25** te putare *tr.* ζ *Caes* | alii $\gamma\beta$ *Caes* | milia *om. SK* **26** itaque ... ut] tamen hoc quod *Caes* | sed ut α *Sh*$_1$ **27** fraterna *om. Caes* | dei *om. Caes* (*cod.*) cordibus] in *praem.* $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$) *Caes edd* **28** vestris ζ *Caes* | sic] sit *Zh*$_1$ nobis (*bis*) β | in vobis operetur *tr. edd* **30** esse bonum *tr. P*$_8\zeta$ | is qui est bonus *Caes* | quisquis ... esse *om.* $\gamma\beta$ | solum se *tr. Sh*$_1$ | bonum^2 *om. Caes* esse bonum *tr.* ζ **31** tenete *Caes*; tenens *Zh*$_1$ | quia] *quae *F* (*vl.*) *Zh*$_1\zeta$ **32** mala *Zh*$_1$ **33** non^1 ... est *om. Y* **34** mixtionem *Caes* **35** segregatur *K*; segregentur *Caes* | adhuc $\beta\phi$ (*exc. P*$_8$; *om. Zh*$_1$) **36** hodie enim *tr. Zh*$_1$ cantabimus ε | perdas $\gamma\beta\phi$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* **37** viri *Y* **38** nec δ *N*; me *add. F* (*sl.*) | cum impiis perdas $\kappa\phi$ (*exc. P*$_8$); perdas *edd* **39** video] ideo *YP*$_8\zeta$ enim] hoc *add. Y* (*mg.*) *P*$_8$ | dictum $\gamma\beta\phi$ (*exc. P*$_8$; est *add.* ζ) *edd* **41** quem] quoniam δ (*ac. G*) ε (*ac. X*); quod *Zh*$_1$ **42** quia] et *add.* κP_8

ps. 25,1 (6.) **IUDICA ME, DOMINE.** Molesta vota et quasi periculosa optat sibi ut iudicetur. Quid est iudicari quod optat? discerni se optat a malis. Alio loco evidenter dicit de ipso iudicio discretionis: *Iudica me, domine, et discerne causam meam de gente non sancta.* Ostendit quid dixerit: IUDICA, ne tamquam sine iudicio – quia modo et boni et mali intrant in ecclesiam – et boni et mali eant in ignem aeternum. IUDICA ME, DOMINE. Quare? **QUONIAM EGO IN INNOCENTIA MEA AMBULAVI ET IN DOMINO SPERANS NON MOVEBOR.** Quid est: IN DOMINO SPERANS? Ille enim titubat inter malos, qui non in domino sperat; hinc factum est ut schismata fierent. Trepidaverunt inter malos, cum ipsi peiores essent et cc 146 quasi nollent esse boni inter malos. O si frumenta essent, usque ad tempus ventilationis paleam in area tolerarent. Sed quia palea mi 192 erant, flavit ventus ante ipsam ventilationem et rapuit de area paleam et proiecit in spinas. Et palea quidem inde proiecta est; sed numquid quod remansit frumentum solum est? Non volat ante ventilationem nisi palea, remanet autem et frumentum et palea; ventilabitur vero palea cum venerit tempus ventilationis. Hoc dixit iste: IN INNOCENTIA MEA AMBULAVI ET IN DOMINO SPERANS NON MOVEBOR. Si enim speravero in homine, visurus sum fortasse ipsum hominem aliquando male viventem nec eas vias te-

6, 4sq. Ps. 42,1 **14sq.** *cf.* Matth. 13,7

α (*F Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_\omega$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **6, 1** iudica *inc. Mc*$_2$

6, 1 quasi] quam *Zh*$_1$ **2** optat[1]] orat *γ β φ* (*exc. P*$_8$; *tr. post* sibi *Zh*$_1$) | quod optat iudicari *tr. ζ* | discerni se optat *om. Mc*$_2$; discernis optat *K* **3** dicit evidenter *tr. ζ* **4** me *om. δ* | sancta] ab homine iniquo et doloso erue me *add. ζ* **5** nequaquam sine iudicio sit *Mc*$_2$ | tamquam] videretur *add. Zh*$_1$ **6** boni et mali modo *φ* (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$ | in *om. Sh*$_1$ | mali et boni *tr. Mc*$_2$ *Sh*$_1$ eunt *Zh*$_1$ **8** dominum (*bis*) *χ* **9** enim **om. α* (*ac. F*) **10** quia *Y* | dominum *χ P*$_8$ | schismate *K* **12** boni nollent esse *tr. ζ* **14** erat *Mc*$_2$ (*ac.*) *δ* **15** proicit *S* (*ac.*) *K* | spinis *γ* (*ac.*) *ε Zh*$_1$ *ζ* | *inde quidem *tr. κ φ* (*exc. ζ*) **16** quod *om. Y* | solum] lolium *Mc*$_2$ **17** remanet *vl. F*; remaneat *Y*; remansit *F* | remanet ... palea[2] *om. Mc*$_2$ **18** vero] autem *δ* **19** dominum *χ* **20** speravero] non *add. χ* (*ac. S*) | hominem *χ γ P*$_8$ **21** hominem ipsum *tr. δ* (*exc. G*)

nentem quas vel dicit vel docet in ecclesia bonas, sed quas diabolo docente sectatus est; et quia spes mea in hoc erat, titubante homine titubabit spes mea et cadente homine cadet spes mea; quia vero in domino spero, non movebor. (**7.**) Et sequitur: **PROBA ME, DOMINE, ET TENTA ME; URE RENES MEOS ET COR MEUM.** Quid est: URE RENES MEOS ET COR MEUM? ure delectationes meas, ure cogitationes meas (cor pro cogitationibus, renes pro delectationibus posuit), ne aliquid mali cogitem, ne aliquid mali me delectet. Unde autem ures renes meos? igne verbi tui. Unde ures cor meum? calore spiritus tui. De quo calore alibi dicitur: *Et non est qui se abscondat a calore eius*, et de quo igne dominus dicit: *Ignem veni mittere in mundum.* (**8.**) Ergo sequitur: **QUONIAM MISERICORDIA TUA ANTE OCULOS MEOS EST, ET COMPLACUI IN VERITATE TUA.** Hoc est non in homine complacui, sed intus placui tibi, ubi tu vides; et non timeo si displiceam ubi homines vident, sicut ait apostolus: *Opus autem suum probet unusquisque et tunc in semetipso tantum habebit gloriam et non in altero.* (**9.**) **NON SEDI** inquit **IN CONCILIO VANITATIS.** Hoc quid est: NON SEDI? Intendat sanctitas vestra, quomodo videt deus. Dicit: NON SEDI. Aliquando non es in concilio nec ibi sedes; verbi gratia in

ps. 25,2

ps. 25,3

ps. 25,4

7, 7sq. Ps. 18,7 **1** Luc. 12,49 **8, 5sq.** Gal. 6,4

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

22 quas[1] ... quas] quasi (*bis*) *F Na*$_1$ | didicit α (*pc. F*) *Sh*$_1$ *edd*; discit β **23** sectatus est docente *tr. Mc*$_2$ | secutus *Zh*$_1$ | et] sed ϕ (*exc. ζ*) | hoc] homine *edd* erit *edd* **24** titubavit α *Y* δ | homine *om. Mc*$_2$ | cadit *Mc*$_2$ *Y* δ (*exc. G*; *ac. A*); cecidit *F* (*vl.*) **25** spero in domino *tr. Zh*$_1$ | dominum χ *P*$_8$ **7, 1** et *om.* γ β ϕ *Sh*$_1$ *edd* **3** quid ... meum *om. Mc*$_2$ **4** cor pro *om. Zh*$_1$ | pro[1] *om.* β **5** ne[1] ... cogitem *om. Mc*$_2$ | male *K* **6** delectat *Mc*$_2$ | ures[1]] *uris α χ ures[2] ... meum] cor uris meum α *Sh*$_1$; *uris χ **9** mundum] terram α *Vulg edd* **8, 3** placui] complacui *Y* δ ε ζ *Sh*$_1$ *edd* **4** tu *om.* ζ **5** ait *om. Zh*$_1$ **9, 2** inquam *Mc*$_2$ | in] cum κ *P*$_8$ ζ *Vulg edd* | consilio *S Zh*$_1$ | hoc *om.* β | quid est] quidem *Mc*$_2$ **3** caritas *Mc*$_2$ *Sh*$_1$ | deus videt *tr. Y P*$_8$ | dominus δ | dici *Mc*$_2$ *P*$_8$ **4** aliquando] aliquando non es in concilio et ibi sedes *praem.* β | non *om.* β *Zh*$_1$ (*ac.*) ζ | consilio κ (*exc. C*) | nec] sed *Y P*$_8$; et *edd*

theatro non sedes, sed cogitas theatrica, contra quae dictum est: URE RENES MEOS; ibi sedes corde, quamvis non sis ibi corpore. Contingat autem ut tenearis ab aliquo et ibi colligeris aut aliquod officium pium faciat te ibi sedere. Quomodo potest hoc evenire? Contingit ex officio pietatis ut servo dei sit necessitas in amphitheatro esse: liberare volebat nescio quem gladiatorem, fieri posset ut sederet et exspectaret donec ille exiret quem liberare cupiebat. Ecce non sedit in concilio vanitatis, quamvis illic corpore sedere videretur. Quid est sedere? consentire cum his qui ibi sedent. Quod si praesens non feceris, non ibi sedisti; si absens feceris, sedisti ibi. **ET CUM INIQUA GERENTIBUS NON INTROIBO. ODIO HABUI CONGREGATIONEM MALIGNORUM.** Videtis quia intus est. **ET CUM IMPIIS NON SEDEBO.**

ps. 25,5

ps. 25,6

(10.) **LAVABO IN INNOCENTIBUS MANUS MEAS**, non aqua ista visibili: lavas manus, quando pie cogitas de operibus tuis et innocens es coram oculis dei. ⟨**ET CIRCUMDABO ALTARE TUUM, DOMINE**⟩ quia est et altare coram oculis dei, quo ingressus est sacerdos, qui pro nobis se primus obtulit; est caeleste altare, et non amplectitur illud altare nisi qui lavat manus in innocentibus. Nam multi altare hoc tangunt indigni, et tolerat deus pati iniuriam ad tempus sacramenta sua; sed numquid, fratres mei, quomodo sunt parietes isti, sic erit Ierusalem caelestis? Non quomodo

ma 113 cc 147 mi 193

10, 4 *cf.* Apc. 9,13

α (FMc_2Na_1) κ (χ (SKY) γ (C) β ($RRo_{11}F_5$)) ϕ (δ (AG) ε_ω (ε (NX) ε_1 (Zh_1P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*) **10, 1** lavabo *inc.* Ar_1

---

5 cogites δ (*pc. G*) | theatra Zh_1 **6** ibi non sis *tr.* $\alpha\beta$; non ibi sedeas YP_8 **7** contingit $Y\delta$ (*exc. A*; *pc. G*) P_8 | aut] ad *add.* κ (*exc. Y*) **9** contingat Mc_2 | et (*om.* Zh_1) officium $\gamma\beta\phi$ (*exc.* ζ) **10** libere ε (*ac. X*) | a gladiatore Zh_1 **12** consilio $SK\gamma$ (*ac.*) | quamvis] qua Zh_1 | ille $\gamma\beta\phi$ (*exc.* P_8); illi Y **15** *ibi sedisti *tr.* α **10, 1** inter innocentes $Ar_1\delta$ (*exc. G*; *pc. A*) *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **2** visibili] sed invisibili *add.* Mc_2 | sed quando Y **3** innocens es] innocenter $C\delta\varepsilon\zeta Sh_1$ *edd* | et ... domine *addidi* (*cf. 11, 40 et in ps. XXV*); *om. codd edd* **4** quia ... dei *om.* Mc_2 | coram oculis] tuum oculis δ (*ac. G*) ε (*ac. X*); tuum in oculis ζ Sh_1; tuum ante oculos Zh_1 **5** primo $\gamma\phi$ (*exc.* P_8) Sh_1; ipsum β **6** lavit Zh_1 manus suas Mc_2 **7** tangunt altare hoc *tr.* Ar_1 | tangunt] ut *add.* $SK\gamma$; et *add.* YP_8 **9** sunt *om.* β | non quomodo] numquam Mc_2

reciperis cum malis intra parietes istos ecclesiae, ita recipieris cum malis in sinum Abrahae; non ergo timeas, lava manus et circumda altare domini, ubi offers vota domino, ubi preces fundis, ubi conscientia tua pura est, ubi dicis deo qui sis; et si aliquid est in te forte quod displiceat deo, curat ille cui confiteris.

Lava ergo in innocentibus manus tuas et circumda altare domini, ut audias vocem laudis. (**11.**) Hoc enim sequitur: **UT AUDIAM VOCEM LAUDIS ET ENARREM UNIVERSA MIRABILIA TUA.** Quid est: UT AUDIAM VOCEM LAUDIS? 'ut intellegam' inquit. Hoc est enim audire coram deo, non quomodo sonos istos, quos multi audiunt et multi non audiunt. Quam multi ad nos audientes sunt et ad deum surdi sunt! Quam multi habentes aures non habent illas aures de quibus dicit Iesus: *Qui habet aures audiat*! Ergo quid est audire vocem laudis? Dicam si potero, adiuvante misericordia domini et orationibus vestris. Audire vocem laudis est intellegere intus, quia quidquid in te mali est de peccatis, tuum est; quidquid boni in iustificationibus, dei est. Ita audis vocem laudis, ut non te laudes, et quando bonus es; nam laudando te bonum, fis malus; bonum enim te fecerat humilitas, malum te

ps. 25,7

11, 7sq. Matth. 13,9

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_3)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

10 receperis *C* (*ac.*) *R* (*ac.*) δ (*ac. G*); reciperit ε (*ac.*) | malis] aliis Zh_1 | ecclesia ε (*ac. X*) | receperis F Na_1 δ (recipiaris *pc. G*); reciperis Y ε Sh_1 **11** malis] bonis ζ | sinu α Zh_1 ζ | circumdabo γ β ϕ (*exc.* P_8) Sh_1 *edd* **12** altare] tuum *add.* ζ | offeres γ (*ac. C*) δ ε (*ac. X*) Sh_1 | fundes *F* (*ac.*) Na_1 *K* Sh_1 **13** conscientiae tuae γ (*ac.* Ar_1) | domino ζ | est[2] ... forte] in te forte est *tr.* α **15** ergo *om.* Mc_2 | manus tuas in innocentibus *tr.* Sh_1 **16** audiam Mc_2 δ (*ac. G*) **11, 3** quid est] quis Zh_1 | ut[1] *om.* κ (*exc. K*) ϕ (*exc.* ζ) | inquit] intus *fortasse melius* **4** enim est *tr.* Zh_1 | audirem Mc_2 **5** quam *vl. F*; quod α | audientes ad nos *tr.* ζ | nos] homines *F* (*vl.*) **7** habent] habentes Mc_2 | aures[2]] audiendi *add.* α ζ Sh_1 *Vulg edd* **9** domini misericordia *tr.* δ | et *om.* α γ β δ ε Zh_1 Sh_1 **10** est[1] *om.* Zh_1 **11** tuum] tuis ζ | quidquid] est *add.* Mc_2 | audis *tr. post* laudis Mc_2; audi γ β *N* (*ac.*) *edd* **12** et *om. S Y* ε P_8 | nam] ne β ζ | te laudando *tr.* Sh_1 **13** bonus *F* (*ac.*) Na_1 | fis] sis β | te enim *tr. F* | malum] non *add.* ζ

faciet superbia. Conversus eras ut illuminareris et conversione tua factus luminosus, factus illustratus. Conversione, sed quo? Numquid ad te? Si ad te conversus posses illuminari, numquam posses tenebrari, quia tecum semper esses. Quare illuminatus es? quia convertisti te ad aliud quod tu non eras. Quid est aliud quod non eras? Deus. Lumen est. Non enim tu lumen eras, quia peccator eras. Dicit enim apostolus eis quos vult audire vocem laudis: *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux*. Quid est: *Fuistis aliquando tenebrae* nisi veteres homines? *Nunc autem lux*; non sine causa lux estis qui fuistis iamdudum tenebrae, nisi quia illuminati estis. Noli putare teipsum esse lucem; illa est lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; tu autem per teipsum, per malam voluntatem, per aversionem tuam tenebratus eras, modo luces. Sed subiecit statim, ne superbirent illi quibus dictum est: *Nunc autem lux*, et addidit: *In domino*. Sic enim ait: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino*. Ergo si praeter dominum, nec lux; si autem ideo lux quia in domino, *quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Hoc enim ipse apostolus dixit alio loco hominibus superbientibus et volentibus sibi tribuere quod dei est et

15 cc 148 20 25 mi 194 30 ma 114

21–29 Eph. 5,8 **24sq.** *cf.* Ioh. 1,8*sq.* **31–36** quid[1] ... acceperis] 1 Cor. 4,7

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *ϕ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

14 faciat *γ* (*ac. Ar*$_1$) *δ* (*exc. A*; *ac. G*) *ζ*; facit *Ar*$_1$ (*pc.*) *Zh*$_1$ *edd* | conversatione *Y* (conversatio *ac.*) *P*$_8$ *ζ*; conversa facie *Zh*$_1$ **15** factus[1]] es *add. F* (*pc.*) *β edd* factus[2]] es *add. F* (*pc.*) *β ζ* | a quo *α* (*pc. F*) *S* (*pc.*) *P*$_8$ **16** a te si a te *α χ* (*pc. S*) *P*$_8$ posses] te *add. α* (*ac. F*) | possis (*bis*) *χ γ* (*ac.*) *δ ε* **17** obtenebrari *ζ* | esses] es *F* (*ac.*) *ϕ* (*exc. P*$_8$) **18** quia *om. Mc*$_2$ | convertis *β* | ad illud *P*$_8$ *Sh*$_1$; alicubi *F* (*vl. mg.*) *γ β ϕ* (*exc. P*$_8$) | quod[1]] quo *F γ δ ε* (*pc. N*; *ac. X*) *ζ* | aliud[2]] id *vl. F*; illud *β* aliud quod[2]] alicubi quo *ζ* | quod[2]] tu *add. edd* | quod non] quo domino *Mc*$_2$ **19** deus] in *add. K Y* (*ac.*); enim *add. Y* **20** audire vult *tr. Zh*$_1$ **21** enim *om. ζ* | fuistis] enim *add. Y P*$_8$ **22** veteris hominis *γ β* **23** quia] et *add. F Na*$_1$ *Sh*$_1$ **24** te *Mc*$_2$ | lucem esse *tr. δ* (*exc. A*) | ille *Zh*$_1$ **26** adversionem *Zh*$_1$ | tuam] suam *K Y* **27** luces] lux es *fortasse melius* | sed *om. β* **28** addit *S K C* **30** propter *Y* (*ac.*) *δ* | autem] accepisti *add. β* | ideo] in domino *Zh*$_1$ | ideo ... domino *iter. post* autem (31) *Mc*$_2$ | lux[2] *om. S* **31** quod] quid *Zh*$_1$ **32** dicit *β*

de bono sic gloriari quasi de suo; hoc eis dicit: *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Qui dedit humili aufert superbo, quia qui dedit potest auferre. Ad hoc enim pertinet, fratres, si tamen exposui quod volui; exposui autem quantum potui, etsi non quantum volui – ad hoc pertinet quod ait: LAVABO IN INNOCENTIBUS MANUS MEAS ET CIRCUMDABO ALTARE TUUM, DOMINE, UT AUDIAM VOCEM LAUDIS, id est cum ex ipso bono meo non de me praesumam, sed de te qui dedisti, nec laudari velim de me in me, sed de te in te. Ideo sequitur: UT AUDIAM VOCEM LAUDIS ET ENARREM UNIVERSA MIRABILIA TUA: non mea, sed tua.

(**12.**) Et iam videte, fratres, videte amatorem illum dei de deo praesumentem, positum inter malos, rogantem deum ut non comperdatur cum malis, quia non errat deus in iudicando. Tu enim cum videris homines in unum locum intrasse, putas eiusdem meriti esse; deus autem non fallitur, noli timere. Tu iudicante vento discernis paleam a frumento; ventum vis flare tibi, et tu non es ventus, sed optas flare tibi ventum; et cum ventilabro utrumque excusseris, ventus leve tollit, grave manet. Quaeris ergo ventum ad iudicandam aream: numquid deus quaerit alterum qui secum iudicet, ne perdat malos cum bonis? Non itaque timeas; securus esto bonus etiam in medio malorum et dic quod audis: **DOMINE, DILEXI DECOREM DOMUS TUAE.** Domus dei ec- cc 149 ps. 25,8

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R* Ro_{11} F_3)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

---

34 bono] eius *add.* Sh_1 | hoc] sic α Sh_1 **36** qui[1]] quod autem Mc_2 | potest] *et *add.* α Sh_1 **37** enim *om.* Zh_1 | exposui] non *praem.* α **39** hoc] enim *add.* ζ **40** circuibo α $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **41** laudis] tuae *add.* $\gamma\beta\phi$ $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* | cum *om.* $\gamma\beta$ ϕ Sh_1 *edd* | meo] ut *add.* β **42** te[1]] ne Mc_2 | nec] ne $\kappa\phi$ (non Zh_1) *edd* laudare α (*ac. F*) $\gamma\delta\varepsilon$ Zh_1 Sh_1 **43** laudis] tuae *add.* Mc_2 *edd* **12, 1** amorem Zh_1 **2** deo] eo ζ | praesumente ε (*ac. X*) Zh_1 | positus *F* (*ac.*) Na_1; posuit Zh_1 deum] deo γ (*ac.*) **5** tu *om. Y* **6** discernes *K* **7** flaret *K* | tibi flare *tr.* Mc_2 *edd* **8** levem $\gamma\delta$ (*ac. G*) ε | quaeris] quando ζ **9** iudicandum Mc_2 ε (*ac. X*) Zh_1 Sh_1 **10** secum] saeculum β | cum malis bonos *edd* **11** multorum ϕ quod] quae $\kappa\phi$ *edd* **12** quae est ecclesia Y P_8

clesia est; adhuc habet malos, sed decor domus dei in bonis est, in sanctis est; ipsum decorem domus tuae dilexi **ET LOCUM HABITATIONIS GLORIAE TUAE.** Quid est hoc? Et hoc dicam, ad illum sensum pertinet subobscurum aliquantum; adiuvet me dominus et intentio cordis vestri ab eodem domino inspirata. Quid ait? LOCUM HABITATIONIS GLORIAE TUAE. Dixit prius: DECOREM DOMUS TUAE, et exponit quid sit decor domus dei: LOCUS inquit HABITATIONIS GLORIAE TUAE. Non sufficit dicere: 'Locus habitationis dei,' sed: 'Locus HABITATIONIS GLORIAE DEI.' Quae est gloria dei? de qua paulo ante dicebam, ut et qui fit bonus, non in se, sed in domino glorietur. *Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei*. In quibus ergo sic habitat deus, ut et de bonis suis ipse glorificetur et non sibi velint tribuere et quasi proprium vindicare quod ab illo acceperunt, ipsi pertinent ad decorem domus dei. Nec discerni illos vellet scriptura, nisi quia sunt quidam qui donum dei habent quidem et nolunt in deo gloriari, sed in se; habent quidem donum dei, sed nec pertinent ad decorem domus dei. Qui enim pertinent ad decorem domus dei in quibus habitat gloria dei, ipsi sunt locus habitationis gloriae tuae. In quibus autem habitat gloria dei nisi qui sic gloriantur, ut non in se, sed

12, 13 *cf.* 1 Cor. 3,17 **22** *cf.* cap. 11,11–44 **23** *cf.* 1 Cor. 1,31 **23sq.** Rom. 3,23

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *ϕ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

13 malos habet *tr. Sh*$_1$; habes malos *Mc*$_2$ | in bonis *om. β*; in nobis *χ γ ϕ* (*tr. post* est *Zh*$_1$) *Sh*$_1$ **14** est *om. β* | dixi *Y* **15** tuae gloriae *tr. Mc*$_2$ **16** sed obscurum est *ζ* | adiuvat *Zh*$_1$ **17** quid] *quod *α* (dicere quid sit *vl. F*) *S* (*pc.*) *P*$_8$ | qui dat *ζ* **18** tuae] suae *ζ* **19** et *om. α* | quid] qui *S K γ δ X* (*ac.*) *Zh*$_1$ **20** suffecit *Y Zh*$_1$ | locus dicere *tr. ζ* | locum (*bis*) *β* | habitationis[2]] domus *β* **21** locus] inquit *add. ζ* | quae] quid *Y* **22** qua] quo *α* (*ac. F*) *Zh*$_1$ | ante *om. Mc*$_2$ **23** glorietur *Y ε* (*ac. X*) | gloriam *F* (*ac.*) *Na*$_1$ *γ* (*ac.*) *δ* (*ac.*) *N* (*ac.*) **24** sic] sit *Mc*$_2$ | habitabat *δ* (*exc. G*); habitabit *δ* (*exc. A*) | dominus *κ ε*$_ω$ *ζ edd* **25** et[1]] ut *γ β ϕ* (*exc. P*$_8$) *edd* **26** perceperunt *α* | ipse *Mc*$_2$ **27** ne *Zh*$_1$ | velit *K* **28** dei *om. Zh*$_1$ | *quidem *om. χ P*$_8$ *Sh*$_1$ | gloriari in deo *tr. ζ* | domino *Mc*$_2$ **29** nec] non *ϕ Sh*$_1$ *edd* **31** locum *α* | tuae] dei *Ar*$_1$ (*pc.*) *edd* **32** autem *om. α*

in domino glorientur? Ergo quia dilexi decorem domus tuae, id est omnes qui ibi sunt et gloriam tuam quaerunt, sed et non praesumpsi in homine et non consensi impiis et non introibo et non sedebo in congregatione eorum – quia ita fui in ecclesia dei, quid ma 115 mihi retribues? Sequitur quod respondimus: **NE COMPERDAS** ps. 25,9 **CUM IMPIIS ANIMAM MEAM ET CUM VIRIS SANGUINUM VITAM MEAM; (13.) IN QUORUM MANIBUS INIQUITATES SUNT, DEXTERA EORUM REPLETA EST MUNERIBUS.** ps. 25,10 Munera non solum pecunia est, non solum aurum et argentum, non solum xenia sunt; neque omnes qui accipiunt ea, accipiunt munera. Aliquando enim accipiuntur ab ecclesia. Quod dico: Petrus accepit, dominus accepit, loculos habuit, ea quae mittebantur Iudas auferebat. Sed quid est accipere munera? propter munera ludificare hominem, adulare hominem, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quae munera? non solum propter aurum et argentum et huiusmodi aliquid, sed etiam propter laudem qui iudicat male, munus accipit et munus quo nihil inanius. Patuit enim illi manus ad accipiendum iudicium linguae alienae, et perdidit iudicium conscientiae suae.

33 *cf.* 1 Cor. 1,31 **35sq.** *cf.* Ps. 25,4*sq.* **13, 6** *cf.* Ioh. 12,6

α (*FMc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*SKY*) γ (*CAr*$_1$) β (*RRo*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*AG*) ε_ω (ε (*NX*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

33 glorietur *Mc*$_2$ *N* (*ac.*) | dilexit *Mc*$_2$ | tuae] suae *Y* **34** et^2 *om.* α **36** congregationem *Y* **37** retribuas γ (*ac.*) δ ε *Zh*$_1$; tribues *F* (*ac.*) *Na*$_1$ | quod] quid *P*$_8$ *edd*; qui χ (ad quod *praem. Y*); quae γ β δ (*exc. G*) *Zh*$_1$; quare δ (*exc. A*) ε | quod respondimus *om.* ζ | respondemus *F* (*ac.*) *S* (*pc.*); respondeamus γ β ϕ (*exc.* ζ) *Sh*$_1$ *edd* | nec *S* γ (*ac. Ar*$_1$) | perdas ϕ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ **38** viri *Y* **13, 2** sola α **3** exenia α β δ (*ac. G*) ε *P*$_8$ *edd*; aeterna γ **4** omnia quae ζ | accipiunt^1 ... enim *om.* γ β ϕ (*exc. P*$_8$) **5** accipiunt δ ε *Zh*$_1$ **6** ferebat δ; afferebat α **7** ludificare] laudare γ β ϕ *Sh*$_1$ *edd* **8** adulare (*cf. Io. ev. tr. 12,13,30; in ps. CIII/1,19,15*)] adulari *Mc*$_2$ β *X* (*pc.*) ζ *edd*; et dolere *Zh*$_1$ | homini γ (*pc. Ar*$_1$) β *P*$_8$ ζ *edd* | contra *om. YN* (*ac.*) *P*$_8$ **9** propter munera] veritatem commutare *praem. Sh*$_1$; propter veritatem munera γ δ ε *Zh*$_1$ (accipere *add.*); propterea veritatem commutare ζ **10** argentum et aurum *tr.* β **11** accepit *C* (*ac.*) *N* (*ac.*) *Zh*$_1$ ζ quod *C* (*ac.*) δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) **12** ille γ (*ac. C*) *N* (*ac.*) *Zh*$_1$ | manus illi *tr. Mc*$_2$

Ergo IN QUORUM MANIBUS INIQUITATES SUNT, DEXTERA cc 150
EORUM REPLETA EST MUNERIBUS. Videtis, fratres, quia coram 15
deo sunt, et in quorum manibus non sunt iniquitates, nec dextera eorum repleta est muneribus: utique coram deo; et non possunt nisi deo dicere: 'Tu scis'; non possunt nisi illi dicere: NE COMPERDAS CUM IMPIIS ANIMAM MEAM ET CUM VIRIS SANGUINUM VITAM MEAM, qui solus potest videre, quia non accipiunt munera. 20
Verbi causa contingit ut duo homines habeant causam apud servum dei; nemo nisi suam iustam dicit causam; nam si iniquam putaret causam suam, iudicem non quaereret. Et ille se putat iustam causam habere, et ille. Veniunt ad iudicem. Antequam proferatur sententia, ambo dicunt: 'Amplectimur iudicium tuum; 25
quidquid iudicaveris, absit ut respuam.' Quid et tu dicis? 'Iudica quod vis, tantum iudica; prorsus si in aliquo repugnavero, anathema sim.' Ambo amant iudicem antequam iudicet. Cum enim dicta fuerit sententia, contra unum erit; et neuter eorum scit contra quem futura est. Ille ergo si utrisque placere voluerit, accipit 30
(**13.**) Est et alius sensus, qui mihi videtur ad contextionem psalmi magis pertinere. Quia enim dixerat in petra se exaltatum (quod est Christus) et caput suum exaltatum super inimicos suos (quod est Christus), etiam se, qui in petra exaltatus est, in eodem capite suo exaltatum intellegi voluit super inimicos suos, referens hoc ad honorem ecclesiae, cui cessit inimicorum persecutio; et quia hoc per fidem orbis terrarum factum est, CIRCUMIVI inquit ET IMMOLAVI IN TABERNACULO EIUS HOSTIAM IUBILATIONIS, id

cc 162

12, 19 *cf. e.g.* Ex. 20,11 **20sq.** *cf.* Col. 1,16

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

16 omnia *om.* ζ | resonant omnia *tr.* Y P$_8$ | conditorem *vl.* Zh$_1$; creatorem Zh$_1$ | voces ... creatorem *om.* ε$_2$ **17** explicet] laudibus *add.* γ β φ Sh$_1$ **18** illam] autem ζ **19** et^1 *om.* γ Sh$_1$ (*ac.*); *tr. post* terram χ φ (*exc.* ζ) | terra Mc$_2$ **20** digne laudet] dignetur ε (*ac.* X) **21** et *om.* κ P$_8$ **22** viget vegetans] vegetans Sh$_1$; viget et vigetur Zh$_1$; viget γ ε$_2$ X (*pc.*); viget viget δ ε (*ac.* X) ζ sensum Zh$_1$ | exercens α Y P$_8$ Sh$_1$; et *add.* γ β φ (*exc.* Lx$_2$) Sh$_1$ *edd* **23** memoriam Zh$_1$ | intellectum α (intellectus *F*) **24** digne] haec *add.* ζ | at *om.* ε$_2$; aut β δ ε P$_8$ ζ | in *om.* Mc$_2$ **25** creatorem *S* | sola *tr. post* deficiente Mc$_2$ restat β ε$_1$ **27** hostiam iubilationis *om.* Mc$_2$ **13, 1** et *om.* Mc$_2$ Na$_1$ | contexionem α (*ac. F*) *N* **2** se] esse *add.* ζ **3** et ... Christus *om.* Zh$_1$; *tr. post* suos (5) P$_8$ **4** se] ipse *C* (*pc.*) β φ (*exc.* P$_8$) Sh$_1$ **5** exaltatum] se *praem.* X (*sl.*) Zh$_1$ ζ Sh$_1$; se *add.* β | voluit intellegi *tr.* φ (*exc.* P$_8$) Sh$_1$ **6** cesset *K*

est consideravi fidem orbis terrarum, in qua exaltatum est caput meum super eos qui me persequebantur, et in ipso tabernaculo eius, id est in ecclesia toto orbe diffusa, ineffabiliter laudavi dominum.

(**14.**) **CANTABO ET PSALLAM DOMINO.** Securi erimus et securi cantabimus et securi psallemus, cum contemplabimur delectationem domini et protegemur templum eius in illa incorruptione, quando absorbebitur mors in victoriam. Modo quid? – quia iam dicta sunt gaudia illa quae habebimus, cum acceperimus unam illam petitionem – Modo quid? **EXAUDI, DOMINE, VOCEM MEAM.** Gemamus modo, oremus modo. Gemitus non est nisi miserorum, oratio non est nisi indigentium. Transiet oratio, succedet laudatio; transiet fletus, succedet gaudium. Interim modo, quando in diebus malorum nostrorum sumus, non cesset oratio nostra ad deum, a quo unam illam petamus, et ab ipsa petitione non desinamus, donec ad eam illo donante ac perducente perveniamus. EXAUDI, DOMINE, VOCEM MEAM, **QUA CLAMAVI AD TE; MISERERE MEI ET EXAUDI ME.** Unam illam petit, tam diu rogans, flens et gemens non petit nisi unam. Finivit omnes cupiditates, remansit illi una quam petit. ma 125 ps. 26,7

(**15.**) Audi quia hanc petit: **TIBI DIXIT COR MEUM: QUAESIVI VULTUM TUUM.** Hoc est ergo quod paulo ante dixit: UT CONTEMPLER DELECTATIONEM DOMINI. TIBI DIXIT COR MEUM: ps. 26,8

14, 4 *cf.* 1 Cor. 15,54

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C* Ar_1) β (*R Ro*$_{11}$ F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (Lx_2) ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*) **14, 6** exaudi *inc.* e_3 **12** perveniamus *des.* e_3

---

9 orbis terrarum fidem *tr.* ζ **11** eius *om.* Mc_2 Na_1 | laudabit δ ε_2 (*ac.*) ε **14, 2** psallimus α (*ac. F*) *S K* **3** protegimur α (*ac. F*) χ | templo *K* | illam ε (*ac. X*) | corruptione *Y* ε Zh_1 (*ac.*) **4** absorbitur α | victoria Mc_2 δ ε Zh_1 ζ Sh_1 | quid quia] quidquid α ε_2 **5** habemus ε_2 **6** illam (inquam *add.* ζ) unam *tr.* ϕ (*exc.* P_8) Sh_1 *edd* | potionem Mc_2 Na_1 | deus *X* **8** oratio non est] orationem Mc_2 | transiit (*bis*) e_3 | succedit Mc_2 **10** quando *om.* Mc_2 **11** dominum δ (*ac. A*) ζ | illam unam *tr.* δ ζ | *intentione α **12** eum δ (*exc. G*) | dominante Zh_1 **13** qua *om. K*; quam *C* δ (*exc. G*) ε_2 **14** petit tam] petitionem Zh_1 **15** et *om.* κ ϕ *edd* | finiunt Sh_1 **16** illa β Zh_1 Sh_1 (*tr. post* una) *edd* unam α χ ε_2 (*ac.*) **15, 2** haec δ | ait Ar_1

QUAESIVI VULTUM TUUM. Si gaudium nostrum in isto sole esset, non cor nostrum diceret: QUAESIVI VULTUM TUUM, sed oculi corporis nostri. Cor nostrum cui dicit: QUAESIVI VULTUM TUUM, nisi ei qui pertinet ad oculum cordis? Lucem istam quaerunt oculi carnis, lucem illam quaerunt oculi cordis. Sed vis illam mi 207
lucem quae videtur oculis cordis videre – quia ipsa lux deus est; *Deus enim lux est* ait Iohannes *et tenebrae in eo non sunt ullae* – vis ergo videre illam lucem? Munda oculum, unde videbitur: *Beati* enim *mundicordes, quia ipsi deum videbunt*.

(**16.**) TIBI DIXIT COR MEUM: QUAESIVI VULTUM TUUM, **VULTUM TUUM, DOMINE, REQUIRAM**. UNAM PETII A DOMINO, cc 163
ps. 26,9 HANC REQUIRAM. **NE AVERTAS VULTUM TUUM A ME**. Quomodo se fixit in una ista petitione! Vis impetrare? Aliud noli petere, uni suffice, quia una tibi sufficiet. TIBI DIXIT COR MEUM: QUAESIVI VULTUM TUUM; VULTUM TUUM, DOMINE, REQUIRAM. NE AVERTAS VULTUM TUUM A ME; **NE DECLINES IN IRA A SERVO TUO.** Magnifice, nihil dici divinius potest. Sentiunt hoc qui vere amant. Alius vellet beatus et immortalis esse in his quae diligit, terrenarum concupiscentiarum voluptatibus, et forte propterea deum coleret et oraret, ut diu hic viveret in deliciis suis et non ab eo aliquid periret quod terrena possidet cupiditas, nec aurum nec

15, 10 1 Ioh. 1,5 **11sq.** Matth. 5,8

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C Ar*$_1$) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_\omega$ (*ε*$_2$ (*Lx*$_2$) *ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

4 solo *α* (saeculo *ac. F*) *Y C* (*ac.*) *ζ* **5** diceret cor nostrum *tr. Sh*$_1$ (ei *praem.*) **6** corporis *om. α* **8** istam *δ* (*exc. G*) | sed ... lucem] sub illa luce *ε*$_2$ (sub illam lucem *pc.*) **9** corde *Zh*$_1$ **10** dicit *δ* **11** videtur *κ φ edd* **12** enim *om. Y* mundo corde *α ε*$_2$ *N* (*ac.*) *ζ Sh*$_1$ *Vulg edd* | quoniam *α δ ζ Sh*$_1$ *Vulg* **16, 1** tibi] enim *add. ζ* **2** peti *K ε*$_2$ *X* (*ac.*) **3** requiram] vultum tuum *add. χ edd* | ne] non *edd* | vultum tuum *α*; faciem tuam *cett Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* **4** ista una petitione *tr. edd*; unam istam petitionem *ε*$_2$ | vis *om. ε*$_2$ | petere noli *tr. γ β* **5** suffice] sufficere *S γ δ* (*ac. G*) *ε* (*ac.*) *Zh*$_1$ *ζ* | sufficiat *δ* (*ac. G*) **7** faciem tuam *κ φ* (*exc. Lx*$_2$) *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ *edd* | ne] nec *Y* **8** magnificentius *Zh*$_1$ | divinius] huius *ε*$_2$ | hoc] enim *ζ* | vere] vivere *X* **9** quae] quas *F* (*pc.*) *β X* (*pc.*) *ζ edd* **10** propterea forte *tr. Zh*$_1$ **11** *colere et orare *χ* | adoraret *ζ* | ut] et *Y* | hic diu *tr. Sh*$_1$ **12** aliquod *α* | possedit *γ* (*ac. C*) *β*

argentum nec si quid praediorum oblectaret oculos eius, nec amici morerentur nec filii nec coniunx nec clientes: in his deliciis vellet semper vivere. Sed quia non potest semper (novit enim se mortalem), forte ad hoc colit deum et ad hoc orat deum et ad hoc gemit deo, ut ista illi omnia usque in senectutem suppetant, et si diceret ei deus: 'Ecce facio te in his immortalem', pro magno bono acciperet et exsultatione gaudiorum gratulatus non se caperet. Non vult hoc iste qui unam petit a domino; sed quid vult? contemplari delectationem domini per omnes dies vitae suae. Rursusque alius qui hoc modo et hac causa coleret deum ut illa sibi temporalia adessent, iratum deum non timeret nisi ne illud auferret. Iste non propter hoc timet iratum, quandoquidem et de inimicis suis dixit: UT EDANT CARNES MEAS. Unde timet iratum? ne auferat quod amavit. Quid amavit? VULTUM TUUM, DOMINE. Hanc
ma 126 putat iram domini, si avertat ab illo vultum suum: 'Domine, NE DECLINES IN IRA A SERVO TUO.' Posset illi forte responderi hoc modo: 'Quid times ne declinet a te in ira? Magis si a te declinaverit in ira, non in te vindicabit; si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potius ut declinet a te in ira.' 'Non' inquit (novit enim quid desiderat); 'ira eius non est nisi aversio vultus

---

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

13 oculus *Y ε (ac. X)* **14** morientur *δ* (moriantur *pc. G*; morientes *pc. A*) **15** vivere semper *tr. γ β* | semper[2]] vivere *add. Sh$_1$* | se enim *tr. Y* **17** deum *Y γ* | senectute *χ P$_8$*; finem *φ (exc. P$_8$) Sh$_1$* **18** mortalem *β* | bono magno *tr. Mc$_2$* **19** et ... caperet *om. Mc$_2$* | exsultationem *α* **20** petiit *γ (pc. Ar$_1$) β edd* contemplare *γ (ac. Ar$_1$) δ (ac. G) ε$_2$ ε (ac.)* **21** dilectionem *Mc$_2$*; iustificationem *ε$_2$* **22** ut] si *γ β φ (exc. Lx$_2$) Sh$_1$ edd* | illa] ibi *Mc$_2$* **23** timerent *F (ac.) Y ε$_2$ (ac.)* | illa *Zh$_1$* | auferet *γ (ac. Ar$_1$)* **24** non] si *α (ac. F)* | hoc *om. Mc$_2$*; haec *F (pc.) κ (exc. Y)* | *timeret *α (ac. F) K ε$_2$* | quandoquidem ... iratum *om. ε$_2$ X (ac.)* | et *om. Mc$_2$* **26** tuum] domini *ε$_2$* | domine] ideo *γ (sl. C) β φ (exc. P$_8$) Sh$_1$ (add.) edd* **27** putant *Zh$_1$* **28** posse *γ* | illi] ille *δ (ac. A) ε (ac.)* | responderi forte *tr. φ (exc. Lx$_2$)*; forte respondere *α (ac. F) S (ac.) K γ* **29** a[1] ... ira] in ira a te *tr. Sh$_1$* | iram *α* **30** in[2] *om. δ (exc. A; ac. G) Zh$_1$* | in[2] ... iratum *om. ε$_2$* | vindicavit *ε (ac. N)* | illum] eum *praem. δ ε Zh$_1$*; eum *γ (pc.) ζ Sh$_1$* | vindicavit *ε$_2$ (ac.) ε (pc. N)* **31** a] ad *Zh$_1$* | non inquit] non in ira quid *γ δ ε Zh$_1$ ζ*; quid *β* **32** enim] ei *Mc$_2$* | quid] quod *α* | ira] in ira *ε$_2$* | est *om. Mc$_2$*

eius.' 'Quid si te faciat in deliciis istis et voluptate gaudiorum terrenorum immortalem?' Respondet amator talis: 'Nolo. Quidquid mihi praeter illum est, dulce non est; quidquid mihi vult dare dominus meus, auferat totum, et se mihi det.' NE DECLINES IN IRA A SERVO TUO. Forte ab aliquibus declinat non in ira, quomodo a quibusdam qui illi dicunt: *Averte faciem tuam a peccatis meis.* Quando a peccatis tuis avertit faciem suam, non in ira a te declinat. Avertat ergo faciem suam a peccatis tuis, sed non avertat faciem suam a te.

(17.) **ADIUTOR MEUS ESTO, NE DERELINQUAS ME.** Ecce cc 164
enim in via sum; petivi a te unam: habitare in domo tua per om- mi 208
nes dies vitae meae, contemplari delectationem tuam, protegi a te templum tuum; hanc petivi unam. Sed ut ad illam perveniam, in via sum. Forte dicis mihi: 'Utere, ambula; liberum arbitrium tibi dedi, voluntatis tuae es; persequere viam, *quaere pacem, sequere eam*. Noli a via declinare, noli ibi remanere, noli retro respicere; persevera in ambulando, quoniam qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.' Iam tu accepto libero arbitrio, quasi praesumis unde ambules: noli de te praesumere; si te dereliquerit, in ipsa via deficies, cades, aberrabis, remanebis. Dic ergo illi: 'Voluntatem quidem liberam mihi dedisti, sed sine te nihil est mihi

16, 38 Ps. 50,11 **17, 6sq.** Ps. 33,15 **8sq.** *cf.* Matth. 10,22; 24,13

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

33 si te] iste α | facit ε_2; faciat κ (*exc. Ar*$_1$) ϕ (*ac. N*) *edd* | istis] tuis β | terrenorum] quaerendo *add. Mc*$_2$ *Na*$_1$ **34** respondit *K Ar*$_1$ (*ac.*) ε_2 *N* (*ac.*) | amator *vl. β;* amor β **35** praeter *om.* α | vult mihi *tr. Mc*$_2$ **40** sed *om.* ε_2 | avertit δ **17, 1** es tu ε_2 **2** ad te *C* **3** dilectionem ε_2 | protege *Zh*$_1$ | a te templum tuum α *Sh*$_1$ (*pc.*); templum tuum β *P*$_8$ ζ *Sh*$_1$ (*ac.*); ad templum tuum *Y*; a templo tuo (suo *Zh*$_1$) *C* (*ac.*) *cett edd* **4** illa *F*; alia *Mc*$_2$ **5** forte] sed *praem. β*; si *praem. C* (*ac.*) | dices γ β ϕ (*exc. P*$_8$) *edd* | utere (*cf. c. Acad. 1,5,36*) *om.* ζ; ut irem γ δ ε *Zh*$_1$; nitere β | tibi arbitrium *tr.* δ (*exc. G*) ε_ω (*exc. P*$_8$) *Sh*$_1$ | ubi dedi *Mc*$_2$; dedi tibi *tr.* ζ **6** voluntati *Mc*$_2$ | prosequere γ β ζ *edd* | viam quaere *iter. F* | pacem] et *add. Mc*$_2$ *edd* **8** usque *om. Mc*$_2$ **9** tu] tunc δ (*exc. A*) | quasi *om.* γ (*pc. C*) β ε_2 **11** deficiens ε_2 | illi ergo *tr.* κ ϕ (*exc.* ζ) **12** liberam quidem (quidam δ (*exc. G*)) *tr.* ϕ (*exc. P*$_8$)

conatus meus. ADIUTOR MEUS ESTO, NE DERELINQUAS ME **NEQUE DESPICIAS ME, DEUS SALUTARIS MEUS.** Tu enim adiuvas qui condidisti, tu non deseris qui creasti, (**18.**) **QUONIAM PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME.'** Fecit se parvulum deo, ipsum fecit patrem, ipsum matrem: Pater, quia condidit, quia vocat, quia iubet, quia regit; mater, quia fovet, quia nutrit, quia lactat, quia continet. PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME, **DOMINUS AUTEM ASSUMPSIT ME**, et regendum et nutriendum. Mortales parentes genuerunt, filii successerunt, mortales mortalibus, et ad hoc nati sunt qui succederent, ut qui genuerunt decederent; non decedit qui me creavit: ego ab illo non recedam. PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME, DOMINUS AUTEM ASSUMPSIT ME. Exceptis etiam illis duobus parentibus, de quorum carne nati sumus, patre masculo et matre femina, tamquam Adam et Eva – exceptis illis duobus parentibus habemus hic alium patrem et aliam matrem vel potius habuimus. Pater secundum saeculum diabolus est, et fuit nobis pater cum essemus infideles; nam infidelibus dicit dominus: *Vos a patre diabolo estis.* Si ille pater omnium impiorum qui operatur in filiis diffidentiae, mater quae est? Est quaedam civitas, Babylonia dicitur; civitas ista societas est omnium perditorum ab oriente usque in occidentem; ipsa habet regnum terrenum. Secundum hanc civitatem res publica quaedam dicitur, quam modo videtis senes- ps. 26,10

18, 16sq. Ioh. 8,44 **17sq.** *cf.* Eph. 2,2

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

13 es tu $ε_2$ **18, 3** ipsum^2] fecit *add.* $α$ Sh_1 *edd* | pater] patrem $β$; est *add. edd* **4** iubet] vivat $ε$ (*pc. N*; vivit *ac. X*) | matrem $β$ **5** dereliquerunt ... me^2] et reliqua Zh_1 **6** autem *om.* $γ$ $β$ | ad regendum Y P_8; erigendum Mc_2 **9** deciderent $γ$ (*ac. Ar$_1$*) $δ$ $ε$ Zh_1 $ζ$ Sh_1 | non ... creavit *om. Y* | decedet Ar_1 (*pc.*) $β$ *edd*; decidet $γ$ (*ac. Ar$_1$*) $φ$ (*exc. Lx$_2$*; a me *add. G*; *pc. Zh$_1$*) Sh_1; decidit $ε_2$ Zh_1 (*ac.*) **12** pater Mc_2 Na_1 **16** dicit dominus infidelibus *tr.* $α$ | a] ex Sh_1 *Vulg* **17** ille] est *add.* Sh_1 | operantur Zh_1 **18** est^2 *om.* $ε_2$ P_8 $ζ$ | civitas] quae *add.* S (*pc.*) $ε_1$ *edd* | dicitur *om.* Mc_2 **19** est *om. F* | omnium est *tr.* Sh_1 | impiorum $φ$ (*exc. P$_8$*; *tr. ante* omnium Lx_2) Sh_1 **20** ad $ε_2$ $ζ$ Sh_1 | occidente Mc_2 Na_1

cere et minui; haec prima fuit mater nostra, in hac nati sumus. ma 127
Cognovimus alium patrem: deum; reliquimus diabolum. Quando enim audet accedere ad eos, quos ille suscepit qui superat omnia? Cognovimus aliam matrem: Ierusalem caelestem, quae est sancta cc 165
ecclesia, cuius portio peregrinatur in terra; reliquimus Babyloniam. PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME. Non habent iam quod mihi praestent, quia et quando mihi praestare videbantur tu praestabas, et illis imputabam. (**19.**) A quo enim mi 209
etiam secundum mundum istum praestatur homini nisi a deo? aut quid aufertur homini, nisi ille iusserit aut permiserit qui donavit? Sed putant vani homines, quia hoc daemones praestant quos adorant, et aliquando dicunt sibi: 'Deus ad vitam aeternam 5
necessarius est, ad illam vitam spiritalem; potestates autem istae debent a nobis coli propter ista temporalia.' O inanitas generis humani! Plus amas eas res propter quas istas vis colere; profecto plus habes istos colere, ut non dicam 'plus' certe vel 'tantum'. Non vult autem deus coli cum illis, nec si ipse colatur multo am- 10
plius et illi multo minus. 'Quid ergo?' inquies 'et isti non sunt necessarii ad haec?' Non. 'Sed timendum est ne irati noceant.' Non nocebunt nisi ille permittat. Isti semper habent voluntatem nocendi, nec si placentur nec si rogentur desinunt nocere velle. Hoc enim malevolentiae illorum proprium est. Ergo quid facis eos 15

α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

---

22 fuit prima *tr. Y* | mater fuit nostra *tr.* ε_2 *N Zh*$_1$ *Sh*$_1$; nostra mater fuit *tr. X* hanc *δ (exc. G)* ε_2 *(ac.) ε (ac. X) ζ Sh*$_1$ **24** ad eos accedere *tr. φ (exc. P*$_8$*) Sh*$_1$ susceperat *Zh*$_1$ | superat] operatur *ζ* **25** ecclesia sancta *tr. ζ* **28** videbantur mihi praestare *tr. Zh*$_1$ **19, 1** enim *om. Mc*$_2$ **2** istum *om. K Y* | domino *δ* ε_ω *(exc. P*$_8$*) Sh*$_1$ **3** homini aufertur *tr. Zh*$_1$ | ille *om. ζ* **4** quod *edd* | praestent *C (pc.) ζ edd* **5** dicunt *om. Zh*$_1$ | aeternam *om. χ C (ac.)* **7** propter *om. Mc*$_2$ | temporalia ista *tr. α* | *vanitas *α P*$_8$ *(pc.) Sh*$_1$ **8** istos *Y γ (pc. C) β φ Sh*$_1$ *edd* **9** habent ε_2 | ut] ubi *γ (pc. C) δ* ε_ω *(exc. P*$_8$*)*; et *Y P*$_8$ **10** deus autem *tr. γ* nec] ne *Y* | ne sub se *α* (ne ipse *vl. F*) **11** inquies] inquit esset *Mc*$_2$ **12** haec] hoc *Mc*$_2$ *δ (exc. G; ac. A)* | est *om. Zh*$_1$ **13** iste *Mc*$_2$ *C (ac.)*; ista *F (ac.) Na*$_1$ **14** sic *(bis) δ (ac. A)* | desinant *γ (ac. Ar*$_1$*)*; desinent *Ar*$_1$ *(pc.) β* **15** eorum *ζ* facies *edd*; facit *Zh*$_1$ | colendo eos *tr. Sh*$_1$

colendo, nisi ut illum offendas, quo offenso in istorum potestatem daberis; et qui nihil tibi possent facere illo placato, faciunt quidquid volunt illo irato. Et ut noveris quam frustra istos colas quasi propter temporalia, quisquis haec cogitas: Omnes qui colunt Neptunum non naufragaverunt, aut omnes qui blasphemant Neptunum ad portum non pervenerunt? Omnes mulieres colentes Iunonem bene pepererunt, aut omnes blasphemantes Iunonem male pepererunt? Hinc intellegat caritas vestra, inanes esse homines, qui istos volunt colere vel propter ista terrena. Nam si propter ista terrena colendi essent, soli cultores illorum terrenis omnibus abundarent. Quod quidem si esset, fugere nos talia dona et unam petere a domino deberemus. Huc accedit, quia et ista ille dat qui offenditur cum isti coluntur. Ergo relinquat nos pater noster et mater nostra; relinquat diabolus, relinquat Babylon civitas: dominus nos suscipiat consolandos temporalibus, beatificandos aeternis. QUONIAM PATER MEUS ET MATER MEA DERELIQUERUNT ME, DOMINUS AUTEM ASSUMPSIT ME.

(**20.**) Iam ergo assumptus a domino, deserta illa civitate et rectore eius diabolo, quia rector impiorum diabolus est ⟨...⟩ *rectores mundi tenebrarum harum*. Quarum tenebrarum? peccatorum,

---

20, 2sq. Eph. 6,12

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

16 potestate γ (*pc. C*) $\beta\varepsilon_2$ **17** daberis] haberis $\gamma\beta$; laberis ζ | ut $\gamma\beta$ *edd* | qui] dum ε_2 | tibi nihil *tr.* ζ *edd* | possint $\delta\varepsilon_2\varepsilon$ (*ac. X*); possunt *X* (*pc.*) *Zh*$_1\zeta$ facere *om.* α | faciant $\gamma\beta\varepsilon$ (*ac. X*) *edd*; *facient χ *X* (*pc.*) *P*$_8$ **19** cogitat *S K C* (*ac.*); cogitans α **20** non *om. Y* **23** hic γ (*ac. Ar*$_1$) $\beta\delta\varepsilon\zeta$ | intellegat] intellegit *Zh*$_1$; carissimi *add.* χ *P*$_8$ **25** soli *om.* ζ; si δ (*ac. G*) ε (*ac. X*) *Zh*$_1$ soli ... abundarent *om.* ε_2 | eorum δ (*exc. A*) **27** deberemus a domino *tr. Sh*$_1$ | hic δ (*ac.*) ε (*ac. X*) | hoc accidit *Zh*$_1$ | iste ille *F* δ (*exc. G*; *ac. A*) **28** offenduntur *C* | illi δ (*exc. A*) | *relinquant α *Sh*$_1$ **29** noster *om.* α (*ac. F*) nostra] et *add.* $\delta\zeta$ | relinquat[1]] nos *add. Ar*$_1$ *Sh*$_1$ (*sl.*) | Babylonia ε_2 *Sh*$_1$ **30** aeternis beatificandos *tr. Zh*$_1$ **20, 1** assumpti *Y* β *P*$_8$; est *add. X* (*pc.*) *edd* deserta] de *praem.* δ (*exc. A*); a *praem.* ζ **2** est] et *add.* ζ | rector *edd*; rector est $\beta\varepsilon_2$ *Sh*$_1$; rectoris *S*; rectore eius *F* (rectores rector *pc.*); *lacunam statui* **3** quare α | peccatorum] nisi *praem. Y P*$_8$

infidelium. Unde iam credentibus dicit apostolus: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.* – Ergo iam suscepti ab illo
ps. 26,11 quid dicamus? **LEGEM MIHI CONSTITUE, DOMINE, IN VIA TUA.** cc 166
Ausus es petere legem? Quid si tibi dicat: 'Implebis legem? Si dedero legem, implebis eam?' Non auderet petere, nisi primo diceret: DOMINUS AUTEM SUSCEPIT ME. Non auderet petere, nisi primo diceret: ADIUTOR MEUS ESTO. Ergo si tu adiuvas, tu suscipis,
da legem: LEGEM MIHI CONSTITUE IN VIA TUA. Ergo legem mihi constitue in Christo tuo. Ipsa enim via locuta est nobis et dixit: *Ego sum via, veritas et vita*. Lex in Christo, lex cum misericordia. ma 128
Ipsa est sapientia, de qua scriptum est: *Legem autem et misericordiam in lingua portat.* Et si offenderis aliquid in lege, ille qui pro mi 219
te fudit sanguinem suum confitenti ignoscet tibi; tu tantum viam noli deserere; dic illi: 'Susceptor meus esto **ET DIRIGE ME IN SEMITA RECTA PROPTER INIMICOS MEOS.** Legem da, sed ne auferas misericordiam.' Quod dixit in alio psalmo? *Nam et misericordiam dabit qui legem dedit.* Ergo LEGEM MIHI CONSTITUE, DOMINE, IN
VIA TUA, hoc ad praeceptum pertinet; ad misericordiam quid per-

4sq. Eph. 5,8 **13** Ioh. 14,6 **14sq.** *cf.* Prov. 31,26 **19sq.** Ps. 83,8

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **20, 13** lex[1] *inc.* e_4 **17** deserere *des.* e_4 **18** recta *des. Ar*$_1$

4 dicit apostolus] dicitur ε_2 **6** constitue mihi *tr.* ζ **7** es] est α *Y* γ (*ac. Ar*$_1$) *P*$_8$ (*ac.*) | si dedero] desidero ε_2 **8** non ... me *om.* α | primo *om.* ζ **9** assumpsit β *Sh*$_1$ (*vl.*) | petere *om.* κ ε_2 **10** es tu *C* (*ac.*) ε_2 ε; domine *add.* ε_2 *Sh*$_1$ | si *om.* β | tu[2]] si *praem. edd* **11** legem[2] *om. Mc*$_2$ | constitue] domine *add. K Y* ϕ (*exc. Zh*$_1$) *Sh*$_1$ *edd* | constitue ... tua] et cetera *Zh*$_1$ | mihi legem *tr.* δ *P*$_8$ (*ac.*) ζ **12** via enim *tr. Y* | nobis est *tr. Sh*$_1$ | et dixit] dicens ζ **13** via] et *add.* β Christo] deo e_4 | cum] in e_4 | misericordia] est *add.* γ (*pc. C*) β ϕ *Sh*$_1$ *edd* **14** est[1]] enim *add.* e_4 | et *om. Mc*$_2$ | misericordia α **16** ignoscet α e_4 *Sh*$_1$; ignoscit *cett edd* | tibi] et *add.* ε_2 | tantam *K* **17** es tu ε_2 | semitam rectam *F* **19** misericordiam[1]] tuam *add. N* (*ac.*) ε_1 | quod α (*ac. F*) β *N* (*pc.*) *Sh*$_1$; quia δ (*exc. A*; *pc. G*) *Zh*$_1$; quid χ ε_2 ζ; qui *F* (*pc.*) δ (*exc. A*; *ac. G*) *N* (*ac.*) *cett edd* dixi *Zh*$_1$ | et *om. Zh*$_1$ **20** dedit legem *tr.* ε *Zh*$_1$ | constitue mihi domine *tr. Zh*$_1$; constitue domine mihi *tr.* ζ **21** hoc] et *add. Mc*$_2$ *Na*$_1$ | perceptum δ (*exc. A*) | ad[2] ... pertinet *om. Y N* (*ac.*)

tinet? ET DIRIGE ME IN SEMITA RECTA PROPTER INIMICOS MEOS. (**21.**) **NE TRADIDERIS ME IN ANIMAS TRIBULANTIUM ME**, id est ps. 26,12 ne consentiam tribulantibus me. Si enim consenseris tribulanti te, in anima ⟨...⟩ ipsi quodammodo non devorabunt carnem, sed voluntate perversa animam tuam manducabunt. NE TRADIDERIS ME IN ANIMAS TRIBULANTIUM ME. Trade, si hoc placet, in manus tribulantium (dixerunt enim illi martyres), et tradidit suos in manus tribulantium. Sed quid tradidit? carnem. Quod dicitur in libro Iob: *Terra tradita est in manus impii*, id est caro tradita est in manus persecutoris. NE TRADIDERIS ME, non carnem meam, sed ME. Anima tibi loquor, mens tibi loquor, non dico: 'Noli tradere carnem meam in manus tribulantium me', sed: NOLI ME TRADERE IN ANIMAS TRIBULANTIUM ME. Et quomodo traduntur homines in animas tribulantium se? **QUONIAM INSURREXERUNT IN ME TESTES INIQUI**. Iam quia testes iniqui sunt et multa mala in me dicunt et in multis mihi detrahunt, si traditus fuero in animas eorum, mentiar et ego ero socius ipsorum, non particeps veritatis tuae, sed comparticeps mendacii adversus te. EXSURREXERUNT

21, 8 Iob 9,24

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

22 et *om.* ε_2 | me] inquit *add.* γ (*pc. C*) β ϕ *edd* | semitam rectam α **21, 1** manibus δ ε_ω (*exc. P*$_8$) | persequentium α $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ | id est ne] nec ε_2 **2** consentias δ (*exc. A*) | ad tribulantium ε_2; animabus *Y P*$_8$ | me *om.* α (*ac. F*) tribulantibus *F* (*pc.*) ζ **3** te] isti *add.* ε_2 | animam *Mc*$_2$ *Na*$_1$ γ β ϕ (*exc.* ζ) *edd*; *lacunam statui* | quodammodo ipsius *tr. Zh*$_1$ (tradideris et tales *add.*) | ipsi] ipse *Mc*$_2$; ipsius κ ϕ (*ac. G*; *om.* ζ) *edd*; *lacunam statui* | quodammodo] mihi *add.* ζ | devorabit ... manducabit *Mc*$_2$ *edd* **4** voluntatem perversam ε_2 perversam *Mc*$_2$ **5** animas] manibus δ ε_ω (*exc. P*$_8$; *ac. N*) | manibus ε_2; animas ζ **6** tribulantium] tribulanti α (*ac. F*); me *add.* ε_1 | enim] hoc *add. Y P*$_8$ *edd* suos] nos *Zh*$_1$; illos *Mc*$_2$; eos β ε_2 (*pc.*) *Sh*$_1$ | manibus δ ε_ω (*exc. P*$_8$) **7** qui γ quod] iuxta *praem.* ζ | dicit δ | in libro Iob dicitur *tr. Y* **8** est^1 *om. F* | id est] *om.* κ ϕ *edd* **9** meam *om.* α δ (*exc. A*) **10** mente γ (*pc.*) β ϕ *Sh*$_1$ **11** manu *Mc*$_2$ | sed ... me^2 *om. Y* **12** animas] manus α γ (*ac.*) | me *om.* δ ε *P*$_8$ ζ *Sh*$_1$ et] ecce *Y* **13** manus *Mc*$_2$ *Na*$_1$ | se] me ε_2 | in me] mihi β **14** in me] mihi *Mc*$_2$ **15** in^1 *om.* ε_2 | animas] manibus ϕ **16** ego *om.* ϕ; et *add. Mc*$_2$ β *Sh*$_1$ *edd* eorum *Mc*$_2$ ϕ *Sh*$_1$ *edd* **17** adversum te (me *Mc*$_2$) α | insurrexerunt β *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$

MIHI TESTES INIQUI; **ET MENTITA EST INIQUITAS SIBI:** Sibi, non mihi; sibi semper mentiatur; mihi autem mentitur, si tradideris me in animas tribulantium me, id est si consensero voluntatibus eorum: iam non sibi mentita erit iniquitas, sed et mihi; si autem saeviant quantum voluerint et conentur impedire cursus meos, non tamen tu me des in animas eorum, non consentiendo voluntatibus eorum manebo ego et permanebo in veritate tua, et mentietur iniquitas non mihi, sed sibi.

(**22.**) Redit ad illam unam post ista pericula, post labores, cc 167 post difficultates, inter manus persequentium et tribulantium aestuans, anhelans, laborans, et firmus et certus illo suscipiente, illo iuvante, illo docente, illo regente. Tamen post illum circuitum et iubilationem exsultans gaudio et gemens in laboribus suspiravit
ps. 26,13 ad extremum et ait: '**CREDO VIDERE BONA DOMINI IN TERRA VIVENTIUM.** O bona domini dulcia, immortalia, incomparabilia, sempiterna, incommutabilia! Et quando vos videbo, bona domini? Credo videre, sed non in terra morientium. CREDO VIDERE BONA DOMINI IN TERRA VIVENTIUM. Eruet me dominus a terra morientium, qui propter me dignatus est suscipere terram morientium et mori inter manus morientium; eruet me dominus de terra morientium: CREDO VIDERE BONA DOMINI IN TERRA VIVENTIUM.' Suspirans dixit, laborans dixit, periclitans dixit inter magnam turbam tentationum, sed tamen sperans totum de mise- mi 211

α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) *κ* (*χ* (*S K Y*) *γ* (*C*) *β* (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) *φ* (*δ* (*A G*) *ε*$_ω$ (*ε*$_2$ (*Lx*$_2$) *ε* (*N X*) *ε*$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *ζ*) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

18 in me *α Sh*$_1$ *Vulg* $\Psi_{\alpha\beta\kappa}$ | sibi^2 *om. χ γ* (*ac.*) **19** sibi] sed *praem. Y* | autem] non *add. F* (*pc.*) *γ* (*pc.*) *β δ ε Zh*$_1$ *ζ Sh*$_1$ *edd* | mentiatur *ζ edd* **20** animas] manus *φ* (manibus *G*) **21** non **om. α* (non solum *pc. F*) | erit] est *φ* (*exc. P*$_8$) | et *om. φ* **22** voluerunt *ε*$_2$ | conantur *Y* **23** voluptatibus *β* **24** manebo] remanebo *γ* (*pc.*) *β φ edd* | ego *om. Mc*$_2$ **22, 1** rediit *ζ* **2** et tribulantium *om. Mc*$_2$ **4** iuvente *ε* (*ac.*) *Zh*$_1$ | ducente *β φ Sh*$_1$ *edd* **5** et *om. Mc*$_2$ | superavit *δ ε Zh*$_1$ *ζ Sh*$_1$ **6** et *om. δ ε Zh*$_1$; *tr. ante* ad *ζ* **7** incomparabilia *om. w Zh*$_1$ **8** et ... videbo *om. ε*$_2$ | vos *om. Y* | bona] *o *praem. α* **9** credo^1 ... morientium *om. Y X* (*ac.*) | credo^2 ... viventium *om. Sh*$_1$ **10** eruit *χ γ* (*ac.*) | dominus] a timore et *add. F* **11** terra *S* **12** erue *ε* (*ac. X*) | *eruet ... morientium *om. α χ γ* (*ac.*) *Sh*$_1$

ricordia eius, cui dixit: LEGEM MIHI CONSTITUE. (**23.**) Et quid illi dicit qui legem illi constituit? Audiamus et vocem domini desu-
ma 129 per exhortantis nos, consolantis nos, illius vocem, quem habemus pro patre et matre qui nos dereliquerunt, illius vocem audiamus. Audivit enim gemitus nostros, vidit suspiria nostra, intuitus est desiderium nostrum et unam petitionem nostram, unam postulationem per advocatum Christum libenter accepit; et donec peragamus istam peregrinationem, quia dilaturus est, non ablaturus quod promisit, dixit nobis: **SUSTINE DOMINUM.** Non sustinebis ps. 26,14 mendacem, non eum qui poterit falli, non eum qui non est inventurus quod det: Omnipotens promisit, certus promisit, verax promisit. SUSTINE DOMINUM, **VIRILITER AGE.** Noli dissolvi, ne sis inter eos quibus dicitur: *Vae his qui perdiderunt sustinentiam*. SUSTINE DOMINUM, omnibus nobis dicit et uni homini dicit. Unum sumus in Christo, corpus Christi sumus, qui unam illam desideramus, qui unam illam petimus, qui in his diebus malorum nostrorum ingemiscimus, qui credimus nos videre bona domini in terra viventium; nobis omnibus, qui unus in uno sumus, dicitur: SUSTINE DOMINUM, VIRILITER AGE; **CONFORTETUR COR TUUM, ET SUSTINE DOMINUM.** Quid aliud tibi dicat, quam ut hoc repetat quod audisti: SUSTINE DOMINUM, VIRILITER AGE? Ergo qui perdit sustinentiam, effeminatus est, perdit vigorem. Hoc

23, 4 *cf.* Ps. 26,10 **13** Sir. 2,16 **15** *cf.* Gal. 3,28 **16sq.** *cf.* Ps. 26,5 **17sq.** *cf.* Ps. 26,13

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R* Ro_{11} F_5)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (Lx_2) ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*)

16 constitue] domine *add.* ε_2 *N* Zh_1 Sh_1 *edd* **23, 1** illi] ille *edd* **2** desuper domini *tr.* α | super ε_2 **3** consolantis nos *om.* ε_2 | voce Mc_2 **4** vocem *om.* Zh_1 **7** per ... Christum *iter. ante* quia (8) Zh_1 **8** qua *Y* δ (*exc. G*; *pc. A*) *edd* **9** dixit] et *praem.* Zh_1 | sustinete ε_2 **10** fallere δ (*exc. A*) **11** certus promisit *om.* Zh_1 **12** sustinete ε_2 | ne] non ε_2 Sh_1 **14** sustinete ε_2 | dicitur (*bis*) ϕ Sh_1 *edd*; dic (*bis*) Mc_2 Na_1 | homini *om.* δ (*exc. A*) **15** unus sum δ ε_ω (*exc.* P_8); unus sumus ζ *edd* **16** illam unam *tr.* Mc_2 | illis γ β ϕ (*exc.* Lx_2) *edd* **17** credidimus δ (*ac. G*) ε (*ac. N*) | nos *om.* ε_2 **18** unus *om.* ϕ | in uno] nunc δ (*exc. A*) **19** sustinete ε_2 | age] et *add.* ϕ Sh_1 *edd* **21** hoc *om.* Mc_2 | sustinete ε_2 **22** perdidit (*bis*) *edd*; perdidit ... perdit κ

viri, hoc feminae audiant, quia in uno viro vir et femina; talis in Christo nec masculus nec femina est. SUSTINE DOMINUM, VIRILITER AGE; ET CONFORTETUR COR TUUM, ET SUSTINE DOMINUM. Sustinendo dominum habebis eum, habebis quem sustinebis. Aliud desidera, si maius, si melius, si suavius inveneris.

IN PSALMUM XXIX

ps. 29,2 (**1.**) Hoc certe cantavimus: **EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME.** Si noverimus de scripturis sanctis qui sint inimici nostri, cognoscimus huius cantici veritatem; si autem nos fallat carnis prudentia, ut non cognoscamus adversus quos nobis sit colluctatio, in ipso psalmi huius exordio invenimus quaestionem, quam solvere non possumus: Cuius enim putamus esse vocem laudantis deum et gratias agentis et exsultantis atque dicentis: EXALTABO TE, DOMINE, QUONIAM SUSCEPISTI ME NEC IUCUNDASTI INIMICOS MEOS SUPER ME? Primo ipsum dominum consideremus, qui secundum id, quod homo esse dignatus est, potuit sibi praecedente prophetia non incongrue verba ista coaptare. Ex quo enim homo, ex hoc et infirmus; ex quo infirmus, ex hoc et orans. Nam- ma 133 mi 216 cc 173 5 10 cc 174

23sq. *cf.* Gal. 3,28
1, 4sq. *cf.* Rom. 8,6 **5** *cf.* Eph. 6,12 **13–19** *cf.* Marc. 1,35–38

α (*F* Mc_2 Na_1) κ (χ (*S K Y*) γ (*C*) β (*R* Ro_{11} F_2)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (Lx_2) ε (*N X*) ε_1 (Zh_1 P_8)) ζ) Sh_1 *edd* (*lo ma mi cc*) **1, 1** hoc *inc. P* Ar_1 Mn_3

23 audiunt $\gamma\beta\delta\varepsilon$ Zh_1 (*ac.*) ζ | viro] viri *Y* **24** masculum α (*ac. F*) | domini ε (*ac. X*) **26** sustinendo dominum *om.* ε_2 **27** si[1] *om.* ϕ (*exc.* Lx_2) | maius *om.* Zh_1 | inveneris] amen *add. F* Na_1
1, 1 hoc ... cantavimus *om.* ε_2 Mn_3 | cantabimus Zh_1 **3** sunt $\gamma\beta\delta$ (*exc. G*) Zh_1 (*ac.*) **4** fallit Mn_3 Sh_1 **7** vocem esse *tr.* ε_ω Mn_3 Sh_1 *edd* **8** dominum ζ gratias ... atque *om.* ζ | et[2] *om.* Mc_2 | exaltantis $\delta\varepsilon_\omega$ (*exc.* Lx_2) **10** super me *om.* Mc_2 | primum $\gamma\beta$ **11** praecedente prophetia $\alpha\kappa$ (praecedente homine propheta *Y*); per praecedentem prophetiam *cett edd* **12** incongrua *K* **13** ex[2]] *et *praem. P* $\alpha\kappa\delta$ | namque α (*ac. F*) δ Sh_1; nam quo *P*; nam quod *cett edd* | namque ... legeretur *om.* χ

que modo audivimus, cum evangelium legeretur, quemadmodum etiam in desertum secesserit a discipulis suis, quo eum sunt consecuti et invenerunt eum; secedens autem ibi orabat, et dictum est a discipulis qui eum invenerunt: *Quaerunt te homines*; at ille respondit: *Eamus et in alia loca atque castella praedicare*; *ad hoc enim et veni*. Si divinitatem domini nostri Iesu Christi consideres: quis orat? ad quem orat? quare orat? orat deus; orat ad aequalem. Causam autem orandi quam habet semper beatus, semper omnipotens, semper incommutabilis, aeternus et patri coaeternus? Intuentes ergo, quod per Iohannem quasi per quandam nubem suam ipse intonuit dicens: *In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum*, *hoc erat in principio apud deum*; *omnia per ipsum facta sunt*, *et sine ipso factum est nihil*, *quod factum est*; *in*
ma 134 *illo vita est*, *et vita erat lux hominum*, *et lux in tenebris lucet*, *et tenebrae eam non comprehenderunt* – huc usque dicentes non invenimus orationem nec causam orandi nec locum orandi nec affectum orandi. Sed quoniam paulo post dicit: *Et verbum caro factum est et habitavit in nobis*, habes maiestatem ad quam ores, habes humanitatem quae pro te oret. Nam hoc dictum est ab apostolo etiam post resurrectionem domini nostri Iesu Christi: *Qui sedet*

17 Marc. 1,37 **18sq.** Marc. 1,38 **24–28** Ioh. 1,1–5 **30sq.** Ioh. 1,14 **33sq.** Rom. 8,34

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

15 etiam *tr. post* desertum α; enim ε$_2$ | secessit *F* | qui *Mn*$_3$ | consecuti sunt *tr. Mc*$_2$ | secuti *P*$_8$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **16** orabat ibi *tr.* γ β **17** invenerunt eum *tr. Zh*$_1$ respondens γ β; dixit ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ **18** eamus] inquit *add.* β | et *om.* α *Y Sh*$_1$ *Vulg* **19** et *om. P* γ β φ (*exc. Lx*$_2$) *Vulg edd* | si] quaeramus *add. P* γ (*pc. C*) β φ nostri **om. P F* ε$_ω$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | consideres α *Sh*$_1$; attendimus *Y*; *om. cett* **20** quare] qualem ζ | orat[4] *om. P* | deus orat *tr.* δ | causa *P* β **21** quam] qualem *P* (*ac.*) **22** intuens φ (*exc. P*$_8$; *ac. X*) *Sh*$_1$ **23** ipse nubem suam *tr.* δ **24** innotuit *S K* γ δ ε$_2$ *Mn*$_3$ (*ac.*) *Sh*$_1$ | et ... verbum[2] *om. Mc*$_2$ **27** illo] ipso *X Zh*$_1$ ζ *Sh*$_1$ *Vulg* | est] erat ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *Vulg* **28** eum ε$_2$ | inveniemus *Zh*$_1$ **29** causam *om. Mc*$_2$ | nec locum orandi *om. P Mc*$_2$ *Na*$_1$ ε$_2$ *Mn*$_3$ | effectum ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) **31** habitabit δ (*exc. G*; *ac. A*) ε$_2$ | quem *P* (*ac.*) | oras ... orat α

inquit *ad dexteram dei*, *qui et interpellat pro nobis.* Quare interpellat pro nobis? quia mediator esse dignatus est. Quid est esse mediatorem inter deum et homines? Non inter patrem et homines, sed inter deum et homines. Quid est deus? pater et filius et spiritus sanctus. Quid sunt homines? peccatores, impii, mortales. Inter illam trinitatem et hominum infirmitatem et iniquitatem mediator factus est homo, non iniquus, sed tamen infirmus, ut ex eo quod non iniquus iungeret te deo, ex eo quod infirmus propinquaret tibi; atque ita, ut inter hominem et deum mediator exsisteret, *verbum caro factum est*, id est verbum homo factum est. Nomine enim carnis appellati sunt homines; inde est: *Et videbit omnis caro salutare dei*: *Omnis caro* dictum est 'omnes homines'; et ab apostolo: *Non est vobis colluctatio adversus carnem et sanguinem*, id est adversus homines, *sed adversus principes et potestates et rectores mundi tenebrarum harum*; de quibus in consequentibus, si dominus adiuverit, loquemur. Pertinet enim ista distinctio ad expositionem psalmi, quem in nomine domini suscepimus enodare sanctitati vestrae. Tamen ad hoc dixi haec exempla, ut noveritis

mi 217 cc 175

35sq. *cf.* 1 Tim. 2,5 **43** verbum[1] ... est] Ioh. 1,14 **44sq.** Luc. 3,6 **46–48** Eph. 6,12 **48sq.** *cf.* 4,9*sq.*

$P\,\alpha\,(F\,Mc_2\,Na_1)\,\kappa\,(\chi\,(S\,K\,Y)\,\gamma\,(C\,Ar_1)\,\beta\,(R\,Ro_{11}\,F_3))\,\phi\,(\delta\,(A\,G)\,\varepsilon_\omega\,(\varepsilon_2\,(Lx_2)\,\varepsilon\,(N\,X)\,\varepsilon_1\,(Zh_1\,P_8))\,Mn_3\,\zeta)\,Sh_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

34 et] etiam ζ *Vulg edd* | quare ... nobis *om.* $P\,\alpha\,\varepsilon_2\,Mn_3$ **35** quia ... 39 iniquitatem *om.* Mc_2 | dignus ε | quid ... mediatorem] qui mediator est β est[2] *om.* ε_2 | mediatorem esse *tr. edd* **36** hominem ε_2 | non ... homines *om.* $\alpha\,\chi\,C$ (*ac.*) **38** quid] qui $\phi\,Sh_1$ | impii] et *add.* $\gamma\,\beta$ **39** mediator] quia *praem.* Mc_2 **40** est *om.* ε_2 | iniquis $Mc_2\,\varepsilon_2$ **41** iniquis Mc_2 (*ac.*) Na_1; infirmus Zh_1; est *add.* β | iungerit γ (*ac.*); iungat Zh_1 | propinquaret] se *add.* α | propinquaret ... 44 homines] est Zh_1 **42** ut *om.* F (*ac.*) $\delta\,\varepsilon_2$ (*ac.*) $\varepsilon\,Mn_3$ (*tr. ante* ita) $\zeta\,Sh_1$ homines P | deum et hominem *tr.* ε_ω (*exc.* Zh_1) ζ; deum et homines $Mn_3\,Sh_1$ dominum Mc_2 | exsistere Y **43** id est *om.* $\varepsilon\,\zeta$ | id ... est[2] *om.* $\varepsilon_2\,Mn_3$ factum[2] factus $P\,\kappa\,\zeta$ **44** est] illud *add.* ζ **45** salutarem P | omnes homines dictum est *tr.* P *edd* | et] e K **46** ab apostolo] apostolus κ (apostolo S) ϕ (*exc.* Lx_2) | vobis (*cf. in ps.* XXX/2,3,2, 15)] nobis $Mc_2\,\varepsilon_1\,\zeta$ *edd*; inquit *add.* δ (*exc.* A); ait *add.* $Mn_3\,Sh_1$ **48** *consequenti $P\,\kappa$ (*exc.* Y) ϕ (*exc.* Zh_1) | si] quantum Sh_1 **49** deus $P\,\delta$ | adiuvaverit $Mc_2\,\varepsilon_\omega$ (*exc.* P_8; *ac.* $Lx_2\,X$); iuverit F **50** quam Zh_1 | coepimus $Ar_1\,\beta\,\phi$

carnem appellatos esse homines, ut quod dictum est *et verbum caro* intellegatis dictum 'et verbum homo' *factum est*.

(**2.**) Neque sine causa hoc dixi: Noverit sanctitas vestra fuisse quandam haeresim, vel adhuc fortassis habere reliquias quorundam, qui dicti sunt Apollinaristae. Aliqui enim ipsorum dixerunt hominem, quem suscepit sapientia dei et in quo expressit personam suam – non sicut in ceteris hominibus, sed sicut dictum est in psalmo: *Unxit te deus*, *deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis*, id est amplius quam participes tuos, ne putetur unctus sic Christus quomodo ceteri homines, quomodo ceteri iusti, quomodo patriarchae, prophetae, apostoli et martyres et quidquid magnum est in genere humano, quandoquidem nihil maius exstitit in genere humano quam Iohannes baptista in natis mulierum exsurrexit. Si quaeris excellentiam hominis, Iohannes baptista est. Cui autem dicit se Iohannes non esse dignum corrigiam calceamenti solvere, quid erat ille nisi amplius quam ceteri homines et iam in ipso homine amplius quam ceteri homines?

2, 6sq. Ps. 44,8 **11sq.** *cf.* Matth. 11,11 **13sq.** *cf.* Marc. 1,7

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_\omega$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

52 et] in *Mc*$_2$ **53** caro] factum est *add. F* (*pc.*) ζ *edd* | factus *Ar*$_1$ δ ε **2, 2** quondam β | haeresim quandam *tr.* ζ | haeresem *P* | haberi *edd* **3** ipsorum *om.* ε$_2$ *Mn*$_3$ **4** a sapientia δ (*ac. G*) | et *om. Mc*$_2$ **5** non ... 28 homines] *digressio* | sicut in] similem *fortasse melius* | in *P* β *edd*; *om. cett* ceteros homines ζ | sed *om. Mn*$_3$ **6** eleo *S* **7** quam *om.* ε$_2$ | nec α | putetur] quod *add.* ζ *Sh*$_1$; quia *add. Mn*$_3$ **8** sic unctus *edd* | sit χ (*om. Y*) δ ε$_2$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | quomodo^1 ... homines *om. Y* | quomodo^1 ... iusti *om.* α *S* (*ac.*) *Ar*$_1$ (*ac.*) **9** prophetae *om. Y* | et^1 *om. Zh*$_1$ **10** quomodo quidem *P* **11** exstitit *om.* β; exsistit *Ar*$_1$ | in genere *om. Mc*$_2$ | Iohannis δ | in^2] inter β *Vulg*; nec in *edd* in^2 ... mulierum] cui maior in natis mulierum nemo *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | natos α γ (natus *ac. C*) β *Vulg* **12** mulieribus ε$_2$ | surrexit *Vulg* | quaeras γ β excellentia *P* | nominis α (*ac. F*) | Iohannis *C* (*ac.*) ε$_2$ **13** est baptista *tr.* δ dixit β | se dicit Iohannes φ (*exc.* δ) *Sh*$_1$; Iohannes se dicit *edd* | non esse *om. Ar*$_1$ | dignus α **14** calceamenti] eius *add. P Vulg* | ille] ipsa *Ar*$_1$ | nisi *om. P*

Nam secundum deum, secundum divinitatem et secundum quod *in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum* super omnem creaturam aequalis est patri; sed agimus de homine. Forte putet quisquam vestrum, fratres, quia homo ille susceptus a sapientia dei aequalis erat ceteris hominibus. Si in tuis membris multum distat inter caput et cetera membra, certe omnia membra faciunt corpus unum; multum tamen interest inter caput et cetera membra. Etenim in ceteris membris non sentis nisi tactu. Tangendo sentis in ceteris membris, in capite autem et vides et audis et olfacis et gustas et tangis. Si tanta excellentia est capitis ad membra cetera, quanta excellentia est capitis universae ecclesiae, id est illius hominis, quem mediatorem voluit deus esse inter deum et homines? – Ergo illi haeretici dixerunt hominem illum, quem suscepit verbum cum verbum caro factum est, non habuisse mentem humanam, sed tantum animam sine intellegentia humana fuisse. Homo enim videtis unde constat: ex anima et corpore. Sed ipsa anima humana habet aliquid quod non habent animae pecorum. Nam et pecora animam habent et animalia vocantur; non enim vocarentur animalia nisi ab anima; et videmus

20 ma 135 25 30 cc 176 mi 218

16–18 *cf.* Ioh. 1,1

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

16 deum] et *add.* γ β δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *Sh*$_1$ *edd* | secundo ε$_2$ | quod *om. P*; id quod *edd* **17** erat in principio *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **18** agemus *Y* **19** ne forte *P F* (*pc.*) ε$_2$ | putet *om.* ε$_2$ | quisque α; quispiam *edd* | nostrum ε$_2$ **20** intueris membra *Zh*$_1$ **21** certe ... 23 membra *iter.* δ (*mg. A*) **22** faciunt ... tamen] *facta sunt corpus tamen (*om. *F*) multum α χ *C* (*ac.*) | unum] tuum *P* | interest] est δ **23** membra α δ (*pc.*) ζ *Sh*$_1$ *edd*; *om. cett* | in *om. Mc*$_2$ ε$_2$ *Mn*$_3$ | ni *P* (*ac.*) **24** tactu *P K* ζ *edd*; tactum *cett* | in[1]] et *Mc*$_2$ | et *om.* δ (*ac. A*) ζ **25** olefacis *P* | si *om.* ζ **26** capitis[1]] unius *add.* δ | ad ... capitis *om. X* (*ac.*) ζ cetera membra *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | universae *tr. post* quanta δ; universa *S K X* (*ac.*) **27** ecclesia *K* | quem mediatorem] qui mediator est γ (est *del.*) | voluit deus mediatorem *tr. edd* | deus esse voluit *tr. P* δ | esse *tr. post* homines *Mn*$_3$ **28** illi] isti *Sh*$_1$ | illum hominem *tr.* ζ **29** est *om. P* **30** humanum δ tantum] tamen ε$_1$ | anima *Mc*$_2$ *Na*$_1$ **31** humanam γ | *constet *P* δ ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ et ... anima *om. Mc*$_2$ **33** animae ... et[2] *om.* γ | habent animam *tr. Sh*$_1$; anima habent *P* **34** animalia vocarentur *tr.* ζ

quia et ipsa vivunt. Sed quid habet amplius homo, unde factus est ad imaginem dei? quia intellegit et sapit, quia discernit bonum a malo, in hoc factus est ad imaginem et similitudinem dei. Habet ergo aliquid quod non habent pecora. Et quia contemnit in se quo melior est pecoribus, perimit in se vel deterit et quodammodo obsolefacit imaginem dei, ut dicatur talibus: *Nolite esse sicut equus et mulus*, *quibus non est intellectus.* Illi igitur haeretici dixerunt dominum nostrum Iesum Christum non habuisse mentem humanam et illud quod λογικόν Graeci dicunt, nos dicimus rationale, unde homo ratiocinatur, quod non habent cetera animalia. Sed quid dicunt? 'Ipsum verbum dei, hoc erat in illo homine pro mente.' Exclusi sunt isti, respuit illos catholica fides, et haeresim fecerunt. Confirmatum est in catholica fide hominem illum, quem suscepit sapientia dei, nihil minus habuisse quam ceteri homines, quantum pertinet ad integritatem naturae; quantum autem ad excellentiam personae, aliud quam ceteri homines. Nam ceteri homines possunt dici participes verbi dei habentes verbum dei, nullus autem eorum potest dici verbum dei, quod dictum est ille, cum dictum est: *Verbum caro factum est.*

35sq. *cf.* Gen. 1,27 **40sq.** Ps. 31,9

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_\omega$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

35 amplius habet homo *tr.* χ γ ζ; amplius homo habet *tr.* β **36** quia²] et *praem. Ar*$_1$ **37** imaginem] dei *add.* δ (*exc. G*; *ac. A*) ζ | et similitudinem *om.* ε$_2$ **38** ergo] enim ε$_\omega$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | quia] qui *fortasse melius* **39** quod α ε$_\omega$ (quae *Lx*$_2$) *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | melius δ ε$_\omega$ (*exc. Lx*$_2$) ζ | peremit *Mc*$_2$ *Na*$_1$ | deserit ε; terit *Mc*$_2$ **40** absolefacit α *Y Ar*$_1$ (*ac.*) δ (*ac. G*) *P*$_8$ ζ; obsolemfacit *X* (*ac.*) *Zh*$_1$ (obsolem- *sl.*) fieri *Zh*$_1$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *Vulg* **41** in quibus *Mn*$_3$ | igitur *om. F*; ergo *Sh*$_1$ | dicunt χ (David *add. S K*) **42** nostrum *om. F* | mentem non habuisse *tr.* δ (*exc. A*) **43** illud *om.* β | λογικόν *om. C* (loicam *pc.*) β; longicon χ (loychon *Y*) δ (*exc. G*; *ac. A*); loicon *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **44** ratione *Mc*$_2$ | rationatur *F* (*ac.*) *Y C*; rationacitur δ **45** quid *om. Y* **46** merente *Mc*$_2$ **47** haereses γ β ε$_\omega$ (*exc. Lx*$_2$) ζ | et confirmatum *P* φ *Sh*$_1$ **51** dei] verbi *add. Mc*$_2$ **52** eorum *om.* ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **53** dictum est ille α β ε$_2$ (*ac.*); dictum est illi γ φ (*exc. Mn*$_3$; *pc. Lx*$_2$); dictus est ille *cett edd* | cum] cui γ (*pc. C*) β

(**3.**) Non defuerunt etiam alii quidam ex ipso errore venientes, qui non solum mentem dicerent non habuisse illum hominem, mediatorem Christum inter deum et homines, sed nec animam; sed tantum dixerunt: 'Verbum et caro erat', et: 'Anima ibi non erat humana, mens ibi non erat humana.' Hoc dixerunt. Sed quid erat? 'Verbum et caro.' Et istis respondet ecclesia catholica et expellit eos ab ovibus et a simplici et vera fide, et confirmatum est, quemadmodum dixi, hominem illum mediatorem habuisse omnia hominis praeter peccatum. Si enim multa gessit secundum corpus, ex quo intellegamus quia habuit corpus non in mendacio, sed in veritate – ut puta quomodo intellegimus quia habuit corpus? ambulavit, sedit, dormivit, prehensus est, flagellatus est, colaphizatus est, crucifixus est, mortuus est. Tolle corpus: nihil horum fieri potuit – quomodo ergo ex his indiciis cognoscimus in evangelio, quia verum corpus habuit, sicut et ipse etiam post resurrectionem dixit: *Palpate et videte*, *quia spiritus ossa et carnem non habet*, *sicut me videtis habere*, quomodo ex his rebus, ex his operibus credimus et intellegimus et novimus, quia corpus habuit dominus Iesus, sic et ex quibusdam aliis officiis naturalibus quia habuit animam. Esurire, sitire: animae sunt ista. Tolle animam, corpus hoc exanime non poterit. Si falsa dicunt ista fuis- cc 177 ma 136

3, 8 *cf.* 2, 47 **16sq.** Luc. 24,39

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **12, 1** odisti *inc.* e_3

9 se quaeri] sequi δ (*exc. A*) | meas *om.* α **10** pedes meos β ϕ *Sh*$_1$ *Vulg* **11** me *om.* χ *C* (*ac.*) | vestem meam] vestimentum meum δ (*ac. A*); vestimenta mea *P* **12** sortes ε_2; et *add. Zh*$_1$ | te *om.* β | impletum *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **14** dereliquisti me *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | derelinquisti *P* | et *om. Mn*$_3$ **15** derelinquit *P* redimisti ε (*ac. X*) **16** me *om.* χ (*ac. S*) | promisti ε_2 **17** in *om. P* **12, 1** observantem e_3 **2** mori *om. P* ε_ω e_3 *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | mentitur ζ | timendo[2]] timore χ (timori *Y*) *C* (*ac.*) **3** emori *C* (*pc.*) β | mentietur e_3 **4** mentivatur *P* mentire e_3 | mentiris et moriris (moreris *Y edd*; morieris *P*) *P* χ *edd*; mentiris ut moriaris γ (*pc. C*) β **5** vitas] dubitas ε_2 e_3 | vanam *P K* | poteras *Mc*$_2$ **6** aut ferre e_3 | incidis *F* (*pc.*) γ β δ *P*$_8$ ζ *edd* | prius] moriaris *add. C* (*pc.*) β ε_ω e_3 *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | moriaris in corpore *tr.* ε_ω *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **8** tibi[2] *om. Zh*$_1$ | transvolantia *edd* **9** nihil *vl. F*; mihi α; nil *Zh*$_1$ | odisti] omnes *add. P* δ **10** vanitatem[1]] vanitates δ | vanitatem[2]] ego autem *add. P* **11** sperans *S K e*$_3$ | pecuniam *P* α (et *add. Mc*$_2$) e_3

tem; speras in honore et sublimitate aliqua potestatis humanae: observas vanitatem; speras in aliquo amico potenti: observas vanitatem. In his omnibus cum speras, aut tu exspiras et ea hic dimittis aut cum vivis, omnia pereunt, et in spe tua deficis. Hanc vanitatem commemorat Isaias: *Omnis caro fenum et omnis gloria eius ut flos feni*; *aruit fenum et flos eius decidit*; *verbum autem domini manet in aeternum*. EGO AUTEM, non quomodo illi qui sperant in vano et qui observant vanitatem, sed IN DOMINO SPERAVI, qui non est vanitas.

(13.) **EXSULTABO ET IUCUNDABOR IN TUA MISERICORDIA**, non in mea iustitia. **QUIA RESPEXISTI HUMILITATEM MEAM, SALVAM FECISTI DE NECESSITATIBUS ANIMAM MEAM NEC CONCLUSISTI ME IN MANUS INIMICI.** Quae sunt necessitates, unde volumus salvam fieri animam nostram? Quis has enumeret? quis digne exaggeret? quis congrue vitandas fugiendasque commendet? Prima in genere humano dura necessitas nescire cor alterius, male sentire plerumque de amico fideli, bene sentire plerumque de amico infideli. O dura necessitas! Et quid facis ut corda inspicias? quem oculum affers, infirma et plangenda mortalitas? quid facis ut videas hodie cor fratris tui? Non habes quid facias. Alia maior necessitas: nec tuum vides, quale erit cras. Quid

ps. 30,8

ps. 30,9

mi 258

12, 16–18 Is. 40,6.8

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) e$_3$ *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **20** vanitas *des.* e$_3$ **13, 12** quid *inc. Beda* (Fransen 239)

13 speras ... vanitatem *tr. post* vanitatem (11) ζ | aliquo *om. P* | potente *Y* γ (*pc. C*) β ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$; et *add. F* **15** demittis *S K C* (*ac.*) **16** commendat ε$_ω$ (commendans *Zh*$_1$; commendas *Lx*$_2$) e$_3$ *Mn*$_3$ | Isaias] dicens *add.* κ δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$; dicit *Zh*$_1$) ζ *edd* **17** ut *om. Zh*$_1$; quasi α κ *Vulg edd* | eius^2 *om. P* δ ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *Vulg* | autem *om.* α **18** in aeternum manet *tr. Zh*$_1$ **19** vano] vanitates *P* κ (vanitatis *S*) φ (vanitatem *Lx*$_2$ *Mn*$_3$); vanitate *edd* **20** quia α ε *Zh*$_1$ ζ **13, 1** exsultabor ε$_2$ **3** salvasti β *Vulg* **4** nec ... inimici *om.* β ε$_2$ *Mn*$_3$ | manibus *N P*$_8$ ζ *Vulg* **5** salvam volumus *tr.* ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | enumeret has *tr. Zh*$_1$; a se numeret α (*ac. F*); eas enumeret γ β *P*$_8$ *edd* **7** prima *P* α ε$_2$; primo *cett edd* gere ε$_2$ **8** sentire^2 *om.* ε$_2$ *Mn*$_3$ **9** infideli o] infidelia *S* (a *eras*) *K* | quia *Mc*$_2$ **10** quem] nec *add.* α (*ac. F*) **11** qui *S*

iam dicam de necessitate ipsius mortalitatis? Mori necesse est, et ma 153
nemo vult quod necesse est, nemo vult quod erit velis nolis. Dura
necessitas nolle quod non potes evitare! Nam si fieri posset, 15
nollemus utique mori et effici quod angeli vellemus, sed commutatione quadam, non morte, sicut dicit apostolus: *Aedificationem habemus ex deo*, *domum non manu factam*, *aeternam in caelis*. *Etenim in hoc ingemiscimus*, *habitaculum nostrum quod de caelo est superindui cupientes*; *si tamen induti*, *non nudi inveniamur*. 20
Etenim qui sumus in hac habitatione, *ingemiscimus gravati, in quo nolumus spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita*. Volumus pervenire ad regnum dei, sed per mortem nolumus; et tamen dicit tibi necessitas: 'Hac venies.' Hac venire dubitas, homo, cum hac ad te venerit deus? Quae sunt etiam necessitates cc 201
vincendarum vetustissimarum cupiditatum et annosarum malarum consuetudinum? Vincere consuetudinem, dura pugna, nosti. Vides quam male facias, quam detestabiliter, quam infeliciter; et facis tamen: fecisti heri, facturus es hodie. Sic tibi displicet cum disputo: quomodo tibi displicet cum cogitas? et tamen facturus es 30

13, 17–22 2 Cor. 5,1–4

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_3$)) φ (δ (*A G*) ε$_\omega$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *Beda edd* (*lo ma mi cc*) **16** commu- *des. Ar*$_1$ **17** apostolus *des. Beda* **21** etenim *inc. Beda* **23** nolumus *des. Beda*

13 necessitate (*Beda*)] necessitatibus κ ε$_\omega$ (*exc. Lx*$_2$) *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ *edd* | ipsius mortalitatis *tr. ante* de ε$_2$ **14** nemo vult[1] **iter.* κ φ (*exc. Lx*$_2$) *Sh*$_1$ *edd* quod[1] ... nolis *om. Beda* | velit nolit *Zh*$_1$ ζ *edd* **15** potest *Mc*$_2$ κ (*exc. K*; *ac. S*) φ *Sh*$_1$ *edd* | *vitare α *Beda*; vitari δ ε$_2$ *P*$_8$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$; evitari γ (*pc. C*) β ε ζ *edd* | si] sic *add.* δ *Beda* **16** velimus δ *Beda* **17** dixit ε (*ac. N*) **18** manufacta *Y*; manufactum *S* **19** noster *S* | de] in *Sh*$_1$ | caelis ε$_\omega$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ **20** induti] et *add.* γ (*pc. C*) β δ ε$_\omega$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *edd* **21** dubitatione *Zh*$_1$ | ingemiscamus χ γ (*ac.*) δ (*exc. A*; *pc. G*) ε$_\omega$ (*ac. X P*$_8$) | in qua α *Sh*$_1$; eo quod *Vulg Beda* **22** spoliari α κ (*exc. C*) *Beda*; exspoliari *cett Vulg edd* | ut et α (ut *om. F*) | ut ... vita *om. Beda* | obsorbeatur ε (*ac. X*) *Zh*$_1$ | mortalia vita χ **23** per *om. Beda* **24** dicet ε$_\omega$ (*exc. Zh*$_1$) *Mn*$_3$ ζ | ac ε (*ac. X*) | dubites *Mn*$_3$ **25** o homo ζ | hac *om. P* δ | veniret *S K* γ (*ac.*) | deus *om.* ε$_2$ **26** annosararum *S* (*ac.*) *K*; annos harum δ; nostrarum α **27** duram pugnam nostram nosti *Zh*$_1$ **28** vide δ (*exc. A*) | et *om.* α **29** tamen facis *tr. Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | si sic *P*$_8$ ζ *edd* | sic ... 31 hoc *om.* χ γ (*ac.*) **30** displicet tibi *tr.* γ β ε$_\omega$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ *edd*

hoc. Unde raperis? Quis te captivum trahit? An illa lex in membris tuis repugnans legi mentis tuae? Clama ergo: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum*, et impletur in te quod modo diximus: EGO AUTEM IN DOMINO SPERAVI; EXSULTABO ET IUCUNDABOR IN TUA MISERICORDIA; QUIA RESPEXISTI HUMILITATEM MEAM, SALVAM FECISTI DE NECESSITATIBUS ANIMAM MEAM. Unde enim salva facta est de necessitatibus anima tua, nisi quia respecta est humilitas tua? Nisi prius humiliareris, non te exaudiret qui te a necessitatibus liberaret. Humiliatus est qui dixit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Non sunt humiliati, qui *ignorantes dei iustitiam et suam volentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti*.

(**14.**) NEC CONCLUSISTI ME IN MANUS INIMICI, non vicini tui, non compossessoris tui, non eius cum quo militasti et eum laesisti aut forte in tua civitate iniuriam ei fecisti; isti enim tales sunt pro quibus orare debemus. Alium habemus inimicum diabolum, serpentem antiquum. Omnes morientes, si bene moriamur, ab eius manibus liberamur. Quicumque enim male moriuntur, in suis iniquitatibus in eius manus concluduntur, ut cum illo in fine damnentur. Liberat ergo nos dominus deus noster de manu inimici nostri. Ille enim nos per cupiditates nostras vult capere.

31 *cf.* Rom. 7,23 **32–34** Rom. 7,24*sq.* **34** *cf.* 1–4 **41** Rom. 7,24 **42sq.** Rom. 10,3 **14, 4** *cf.* Matth. 5,44

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

31 caperis *Mn$_3$* | captum *ε$_ω$ (exc. Zh$_1$) Mn$_3$ ζ* | traitur *ε$_2$* | lex in] ex *Y* **32** ego *om. P δ* **33** liberavit *χ N (ac.)* **34** implebitur *Mc$_2$* **35** dixit *α* | speravi] et *add. Mc$_2$* **36** iucundabor] laetabor *ζ Ψ$_{αβκ}$* | misericordia tua *tr. Mn$_3$* **38** facta est salva *tr. edd* **39** humiliares *ε$_2$* **40** qui te] quid *χ γ (ac.)* | a] de *P Y* **42** non ... subiecti *om. Zh$_1$* **43** domini *α* | sunt *om. ε$_2$* **14, 1** manibus *β P$_8$* **2** non^1 ... tui] non concupiscentis res tuas *β* | compossessores *α χ (ac. S) ε$_2$ N (ac.)* | comilitasti *ε$_2$* | et] aut *δ* **5** antiquum serpentem *tr. Zh$_1$* **6** manu *α* **7** *manibus *α Y (pc.) δ Sh$_1$* | concludentur *α Sh$_1$* | illo] eo *P δ* finem *α* **8** libera ... domine *δ Sh$_1$* | nos *om. ζ* | deus *om. Mn$_3$* | manus *ε$_2$*; manibus *Mn$_3$ Sh$_1$* **9** nos *om. Mc$_2$*

Cupiditates autem nostrae validae quando sunt et eis servimus, necessitates vocantur; liberante autem deo animam nostram de necessitatibus nostris quid erit quod in nobis teneat inimicus, ut concludamur in manus eius?

(**15.**) **STATUISTI IN SPATIOSO PEDES MEOS.** Certe angusta via est; laboranti angusta est, amanti lata est. Eadem quae angusta est lata fit. 'In spatioso' dicit 'posuisti pedes meos, ne angustati pedes mei irent in se et incurrendo in se deicerent me.' Ergo quid ait: POSUISTI IN SPATIOSO PEDES MEOS? plane fecisti mihi facilem iustitiam, quae mihi erat aliquando difficilis; hoc est: POSUISTI IN SPATIOSO PEDES MEOS. mi 239

ps. 30,10 (**16.**) **MISERERE MEI, DOMINE, QUONIAM TRIBULOR; CONTRISTATUS EST IN IRA OCULUS MEUS, ANIMA MEA ET** cc 202 ma 154
ps. 30,11 **VENTER MEUS; QUONIAM DEFECIT IN DOLORE VITA MEA, ET ANNI MEI IN GEMITIBUS.** Sufficiat caritati vestrae; adiuvante domino fortassis implebimus debitum, ut psalmo peracto proficiscamur.

15, 1sq. *cf.* Matth. 7,14

P α (*FMc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*SK Y*) γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*NX*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

10 quando validae sunt *tr. edd*; quando sunt validae *tr.* β ζ | quantae sunt sed *Y* | ei α; eis quando χ γ δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$); quando eis β ζ *edd* **11** nostra ε$_2$ **13** concludatur δ | manu *Mc*$_2$ *Na*$_1$ *Sh*$_1$; manibus *Y* **15, 1** loco spatioso *F*$_5$ δ (*ac. A*) ε$_2$ ε$_1$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *Vulg* Ψ$_{αβκ}$ **2** eandem ε$_2$ **3** fit lata *tr. Mn*$_3$ | sit *Mc*$_2$ spatio *SK* γ; loco spatioso *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **4** in se^2 *om. Mc*$_2$ *Na*$_1$ | quod α γ (*pc.*) β ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ **5** aut *SK* | in *om. SK* γ (*ac.*) | spatioso loco (*bis*) *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **16, 1** domine *om. Y* **2** contristatus (*errante Augustino*)] conturbatus ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *Vulg* Ψ$_{αβκ}$ *edd* **5** deo *Mn*$_3$ | implevimus *S* γ δ ε$_ω$ (*exc. P*$_8$) *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | debitum ... psalmo] debito α | ut] et *add.* κ δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *edd*

SERMO SECUNDUS

(**1.**) Ad reliqua psalmi nostra revertatur intentio et nos ipsos agnoscamus in verbis prophetae, quoniam si nos inspexerimus in tempore tribulationis, gaudebimus in tempore retributionis. Commendaveram caritati vestrae, cum primas partes huius psalmi exponerem, quod Christus loquatur, et quomodo sit accipiendus Christus totus cum capite et corpore, non tacueram; testimoniis etiam scripturarum, quantum mihi videtur, satis idoneis luculentisque firmaveram, ita ut omnino dubitari non posset Christum esse caput et corpus, sponsum et sponsam, filium dei et ecclesiam, filium dei factum filium hominis propter nos, ut filios hominum faceret filios dei atque ita essent duo in carne una in sacramento magno, qui agnoscuntur in prophetis duo in voce una. Gratulatio superius expressa est ipsius dicentis: **RESPEXISTI HUMILITATEM MEAM, SALVAM FECISTI DE NECESSITATIBUS ANIMAM MEAM NEC CONCLUSISTI ME IN MANUS INIMICI, STATUISTI IN LOCO SPATIOSO PEDES MEOS.** Gratulatio est liberati hominis a tribulatione, liberatorum membrorum Christi ab afflictione et insidiis. Et rursus dicit: **MISERERE MEI, DOMINE, QUONIAM TRIBULOR.** In tribulatione utique angustia est: quomodo ergo POSUISTI IN SPATIOSO PEDES MEOS? Si adhuc tribulatur, quo-

ps. 30,8

ps. 30,9

ps. 30,10

1, 4–8 *cf.* in. ps. 30/2,1,1–4 **11** *cf.* Gen. 2,24

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

1, 1 revertatur nostra *tr.* Zh_1 | convertatur *F* **2** ipsi *α* | cognoscamus *ζ* prophetiae *δ (exc. A)* **3** tentationis Mn_3 Sh_1 | in tempore retributionis *om. α*; in tempore tribulationis *Y δ (exc. G; ac. A)* $ε_ω$ *(exc.* Zh_1*; mg. N)* Mn_3 **4** psalmi huius *tr. P δ* **6** Christus] est Mc_2 | totus *om. χ γ (ac.)* **7** mihi *om. β* | videatur Mc_2 Na_1 **8** dubitare Ro_{11} $ε_2$ *X (ac.)* Zh_1 | posse *χ* $ε_2$; possit *P γ (pc.) δ*; possint Zh_1 (possunt *ac.*) **9** Christum esse *om.* Mn_3 **10** filium[2]] filius *α* **11** hominis $ε_2$ | duo] dum *χ (om. Y)* **12** quia *δ* $ε_2$ *ε* Mn_3 Sh_1; quo *ζ* prophetis] quomodo etiam *add. Y* **13** gratulationis *F (ac.) Y* | expressa erit *χ* (expresserit *Y*) | ipsius *om. P* **14** salvasti *β Vulg* **15** ne *K* | me *om.* Mc_2 **16** loco *om. P β* $ε_2$ *edd* **17** afflictione] adliberatione *χ* (adversis liberatione malorum *Y*) *γ (ac.)* **18** rursum *Y* | mihi *α* $Ψ_{αβκ}$ **20** loco spatioso Zh_1 Mn_3 Sh_1 *Vulg* $Ψ_{αβκ}$ | si adhuc] fiat huc Mc_2 | tribulor *β ζ*

modo in spatioso sunt pedes? An forte una quidem vox est, quia unum quidem corpus, sed in aliquibus membris spatium sentitur, in aliquibus angustia, id est alii sentiunt facilitatem iustitiae, alii laborant in tribulatione? Nam si non alia membra illud, alia illud paterentur, non diceret apostolus: *Si patitur unum membrum*, 25
compatiuntur omnia membra; *et si glorificatur unum membrum*, cc 203
congaudent omnia membra. Aliquae ecclesiae verbi gratia pacem habent, aliquae in tribulatione sunt: in istis quae pacem habent in spatioso sunt pedes, illae quae in tribulatione sunt angustias patiuntur; sed et istos contristat illorum tribulatio et illos pax isto- 30
rum consolatur. Sic est enim unum corpus, ut non sit discissio; non autem facit discissionem nisi dissensio. Caritas autem compagem facit, compages complectitur unitatem, unitas servat caritatem, caritas pervenit ad claritatem. Dicat ergo ex quibusdam mi 240
membris: MISERERE MEI, DOMINE, QUONIAM TRIBULOR; **CON-** 35
TURBATUS EST IN IRA OCULUS MEUS, ANIMA MEA ET VENTER MEUS.

(**2.**) Quaerimus unde sit ista tribulatio, quoniam liberatus paulo ante gaudere videbatur iustitia quadam infusa sibi largiter dono dei et inde facto spatio pedibus suis in latitudine caritatis.

25–27 1 Cor. 12,26

P α (*FMc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*SK Y*) γ (*C*) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*NX*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*) **2, 3** facto *inc. Ar*$_1$

---

21 sunt in spatioso *tr.* κ *edd* | loco spatioso *Mn*$_3$ *Sh*$_1$; spatio *Mc*$_2$ *Na*$_1$ **22** si *Sh*$_1$ | in *om. SK* γ (*ac.*) | in ... sentitur *om.* δ | spatiosum *Zh*$_1$ *Mn*$_3$ (*pc.*) **23** facilitate δ **26** compatiuntur] revereantur *Mc*$_2$ | gloriatur *YP*$_8$ *Vulg* **27** congruent ε | aliqua *K* δ | ecclesiae *om.* δ **28** aliqui *S*; aliqua δ | qui κ (*exc. K*) **29** spatio χ γ; spatioso loco *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | sunt[1] *iter. K*; sed *add.* γ | illi γ ε (*pc. N*; *ac. X*) *Zh*$_1$ ζ; illa δ; in illis β | qui *FNa*$_1$ γ β **30** et[1] *om.* χ γ (*ac.*) illos χ γ δ (*exc. G*; *ac. A*) ε$_ω$ (*exc. X*) *Mn*$_3$ ζ | iustorum α *Zh*$_1$ **31** enim *om. Mn*$_3$; aut *add.* δ | dissensio ζ; discensio ε$_2$ **32** fecit *Mc*$_2$ | discensionem ε$_2$ discensio *Mc*$_2$ *X* (*ac.*) **33** facis *Mc*$_2$ *SK* | compagis χ γ (*ac.*) | complentur *K* unitas servat caritatem *om. Y* **35** mihi *Y* ε$_2$ Ψ$_{αβκ}$ **36** in] prae (*cf.* 4, 13. 4, 18) ε$_2$ *Mn*$_3$ | mea *om. S* **2, 1** liberatus *om. Mc*$_2$ **2** videbatur gaudere *tr.* ζ quaedam *Zh*$_1$ | quodam infuso *Y* | largiter *om. X*; largito *S*; a largitore *YP*$_8$; largius γ (largitate *pc.*); largitoris ζ; largitur α *KR Zh*$_1$ **3** et inde *om.* α *Sh*$_1$; et de *Y* | tuis *SK* γ (*ac.*) ε (*ac. X*) *Zh*$_1$ | latitudinem *Mc*$_2$

Unde ergo et ista exstitit tribulatio nisi forte ex illo quod dominus dicit: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum?* Primo enim commendata paucitate sanctorum tamquam missis retibus multiplicata est ecclesia et capti sunt innumerabiles, de quibus praedictum erat: *Annuntiavi et locutus sum, multi-*
ma 155 *plicati sunt super numerum,* qui etiam navigia premerent et retia rumperent, sicut est positum in illa prima piscatione ante passionem domini. Ex his itaque multitudinibus exaggeratis, quibus per pascha sic referciuntur ecclesiae, ut turbas ipsorum parietum recuset angustia – Quomodo autem non tribuletur iste de hac multitudine, quando videt ipsos implere theatra et amphitheatra qui paulo ante ecclesias impleverunt, ipsos in nequitiis qui paulo ante in laudibus dei, ipsos blasphemare deum qui respondebant amen deo? Permaneat, duret, non deficiat etiam in multitudine copiosa iniquorum, quia nec granum deficit in multitudine palearum, quo usque post ventilationem mittatur in horreum et ibi sit in societate sanctorum, ne turbulenti aliquid pulveris patiatur. Perduret ergo, quia et dominus cum dixisset: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum,* ne praenuntiata ista abundantia iniquitatis labarent nutarentque pedes nostri, continuo sub-

2, 5sq. Matth. 24,12 **8sq.** Ps. 39,6 **9–11** *cf.* Luc. 5, 4–10 **19** *cf.* Matth. 3,12 **21sq.** Matth. 24,12

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

4 existit α *edd* | tribulatio exstitit *tr. Sh*$_1$ **5** abundabit *Y* (*pc.*) β ε$_2$ ε$_1$ *Sh*$_1$ *Vulg edd*; abundat *Mn*$_3$ | refrigescit χ (*ac. Y*) *C* (*ac.*) *N* **6** prima *P* α ε$_2$ | commendat α **7** innumerabilis *S* **8** dictum ε$_1$ **9** quia α | navigio magna δ (*exc. A*) praeerant *S K* **10** positum est *tr. Zh*$_1$ ζ | prima *om.* ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ | passione *P* ε$_2$ (*ac.*) **11** igitur α *edd* | exagerpartis ε$_2$; exaggeratur numerum reproborum *add. Y P*$_8$; exaggerati sunt *edd* | quibus *om.* β ζ **12** pascua *K*; saepe β | referciuntur *P* α *Sh*$_1$; reficiuntur *cett* **14** ipsos videt *tr. P* **15** ante[1] *om. Mc*$_2$ *Na*$_1$ ecclesiam ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | impleverunt *om. Zh*$_1$; impleverant ζ **17** duret] et *add.* ε$_2$ *Mn*$_3$ | deficiet *Y N* | etiam *om. P* | in *om.* β **18** deficit granum *tr. Zh*$_1$ **20** turbulentis ε$_2$ **21** quoniam *Zh*$_1$ | abundabit *Mc*$_2$ *Na*$_1$ β δ (*exc. G*) ε$_2$ ε$_1$ *Sh*$_1$ *Vulg edd*; inquit *add.* α **22** refrigescit *S K* γ (refrigescat *ac.*) **23** laberent *F Na*$_1$ ε$_2$; lavarent χ (labarentur *Y*); laberentur *Mc*$_2$ *C* (*pc.*); laborarent δ *X* (*pc.*) nuntiarentque *K* | subicit *Sh*$_1$

iecit, quod fideles erigeret, quod consolaretur atque firmaret, dicens: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*.

(**3.**) Attende itaque istum, quantum mihi videtur, in hac tribulatione constitutum, quandoquidem positus in tribulatione quasi dolere deberet (tribulatio enim dolorem habet congruum): iratum se dicit in tribulatione et ait: MISERERE MEI, DOMINE, cc 204
QUONIAM TRIBULOR; CONTURBATUS EST IN IRA OCULUS MEUS.
Si tribularis, quare irasceris? Irascitur iste peccatis alienis. Quis non irascatur videns homines confitentes ore deum, negantes moribus? quis non irascatur videns homines saeculo verbis et non factis renuntiantes? quis est qui non irascatur videns fratres insidiantes fratribus, fidem non servantes osculo quod infigunt in sacramentis dei? Et quis enumeret omnia, quibus irascitur corpus Christi, quod intus vivit in spiritu Christi, quod gemit tamquam granum inter paleas? Vix enim apparent isti qui sic gemunt, qui sic irascuntur, quomodo vix apparent grana quando area trituratur. Et qui nescit quantae spicae missae sint putat totum paleam esse; et ex hoc quod totum palea putatur, inde magna massa purgabitur. In his ergo non apparentibus et gementibus irascitur, qui mi 241
dicit alio loco: *Zelus domus tuae comedit me*; dicit et alibi quando-

25 Matth. 24,12 **3, 18** Ps. 68,10

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_3$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

24 quod[1]] quo *P* **3, 1** attendite *β* **2** constitutus *Y*; positum *δ* (*exc. A*) positum *Mc$_2$ Na$_1$* (*tr. post* tribulatione) **3** dolore *F* (*ac.*) *S C* (*ac.*) *Zh$_1$* | doleret *Zh$_1$* | tribulatio enim] tribulationi *β* | enim] haec *ε* (*ac. N*) | habebit *κ*; haberet *F* | congruum habet *tr. ζ* | congrue *Zh$_1$* **4** mihi *δ* **5** meus] anima mea et venter meus *add. β* **6** tribulares *S K C* (*ac.*) | irascitur *om. ε$_2$*; *tr. post* iste *Zh$_1$*; enim *add. Mn$_3$ Sh$_1$* | iste] te *ε$_2$* | alienis peccatis *tr. edd* | quis ... confitentes *om. Mn$_3$* **7** irascitur *ζ* **8** irascitur *δ* | et *om. ε$_2$ Mn$_3$* **9** irascitur *ζ* | insidiantes fratribus *om. ζ*; insidiantibus *Zh$_1$* **10** infingunt *δ* (*ac. A*) **11** enumerat *Mn$_3$* | irascetur *S K* **12** vivis *S K C* (*ac.*); videt *Y P$_8$* | in] de *γ* (*pc. C*) *β φ Sh$_1$ edd* | Christi[2]] dei *ζ* **14** vix] huic *Zh$_1$* | trituret *S*; trituretur *K*; triturat *Y* **15** et *P α δ ε$_2$ Mn$_3$ Sh$_1$*; *om. cett edd* | quis *Y* | massae *Zh$_1$ Mn$_3$* sunt *P* (*ac.*) *γ β N* (*ac.*) *edd* | palea *ε$_2$* **16** quod *om. δ* | magnam massam *K γ* (*ac.*) *ε* (*ac. X*) *Zh$_1$* | purgabit *Zh$_1$* **17** non *om. Mn$_3$* | gemitibus *S K C* (*ac.*) **18** in alio *ζ* | dicit[2]] dicet *δ* | quando *β*

quidem videt multos mala facientes: *Taedium detinuit me a peccatoribus relinquentibus legem tuam*; dicit alio loco: *Vidi insensatos et tabescebam*.

(**4.**) Haec autem ira metuendum est ne tanta sit, ut in odium vertatur. Ira enim nondum est odium. Nam irasceris filio et non odisti filium; ei servas hereditatem, qui te sentit iratum; et ad hoc irasceris, ne perdat quod servaveris male evadens moribus pravis. Ergo ira nondum est odium; nondum odimus eos quibus irascimur; sed ista ira si manserit et non cito evulsa fuerit, crescit et fit odium. Ideo ut recens ira evelleretur et in odium non converteretur, hoc nos docet scriptura dicens: *Non occidat sol super iracundiam vestram*. Invenis autem aliquando fratrem odio habentem et reprehendit irascentem; in illo est odium et in alio culpat iram; ipse habet trabem in oculo suo et reprehendit festucam in oculo fratris sui. Sed festuca ista et surculus nisi cito evellatur, trabes futura est. Ergo non ait: 'Exstinctus est oculus meus prae ira', sed: TURBATUS. Nam si exstinguitur, iam odium est, non ira, et vide

19sq. Ps. 118,53 **20sq.** Ps. 118,158 **4, 8sq.** Eph. 4,26 **10–12** *cf.* Matth. 7,3

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

19 male *Sh*$_1$ | faciens ε$_2$ | detenuit *K* δ (*ac. G*); dei tenuit *Mc*$_2$ | me *om.* δ (*ac. G*) | a] pro ε$_2$ *Mn*$_3$ **20** derelinquentibus β ε$_2$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ | dicit] et *add.* γ (*pc. C*) β ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ *edd* | in alio *X* | loco *om. S K C* (*ac.*) | insensatus *S* **4, 1** metuenda *F* (*pc.*) *Mc*$_2$ γ (*pc. C*) β δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ **2** vertat *P S* ε$_2$ ε (*ac. X*); vertur *Mc*$_2$ | nodum *S* | odium est *tr. Ar*$_1$ | et *P* α φ *Sh*$_1$; *om. cett edd* | non] dum *add. F* (*sl.*) δ (*exc. A*) **3** ei] et *Ar*$_1$ ε$_2$ ε (*ac. N*); et ei δ (*exc. A*) *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | sentis ε$_2$ et *om. Mc*$_2$ **4** perdas γ (*ac.*) *N Zh*$_1$ | servaveras *Zh*$_1$; reservaveras *Mn*$_3$ evidens α (*ac. F*); mandens *Mn*$_3$; vivens *Y P*$_8$ ζ *edd* **5** nondum[1]] non *Zh*$_1$ nondum[2]] non χ *C* (*ac.*) | irascitur α (*ac. F*) **6** se *S* | permanserit δ | avulsa *Zh*$_1$ | crescet *F* (*pc.*) *Na*$_1$ *Sh*$_1$ **7** crescens κ (cresces *ac. Ar*$_1$); recedens α | irae *F* (*ac.*) *K* | evelletur *S K*; velleretur α (*ac. F*) | evellatur ... convertatur γ β *edd* **8** scriptura docet *tr. Zh*$_1$ **9** autem *om. P* ε$_2$ *Mn*$_3$ | odio] te *add. Zh*$_1$ | odium habentem β *X* (*pc.*) *edd*; odium tenentem ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ **10** reprehenderit *Mn*$_3$ altero κ; illo *P* **11** trabem habet *tr. Sh*$_1$ **12** ista *om. Mn*$_3$ | ni *Y* | trabis *P* δ (*exc. G*) **13** non ergo *tr. edd* **14** turbatus] est *add. Sh*$_1$ | iam *om.* δ | et ... est *om.* δ (*exc. A*)

quia exstinctus est. Hinc ait Iohannes: *Qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc*. Antequam ergo eatur in tenebras, conturbatur oculus in ira; sed cavendum est, ne ira vertatur in odium et oculus exstinguatur. Iste ergo dicit: TURBATUS EST PRAE IRA cc 205 OCULUS MEUS, ANIMA MEA ET VENTER MEUS, hoc est turbata sunt interiora mea. Ventrem pro interioribus posuit. Aliquando enim iniquis et perversis et a lege deviantibus et male viventibus irasci licet, clamare non licet. Cum irascimur et clamare non possumus, interiora nostra turbantur; tanta est enim aliquando perversitas, ut nec corripi possit.

ps. 30,11 (**5.**) **QUONIAM DEFECIT IN DOLORE VITA MEA ET ANNI MEI IN GEMITIBUS.** DEFECIT inquit IN DOLORE VITA MEA. Dicit apostolus: *Nunc vivimus, si vos statis in domino*. Quicumque perfecti sunt ex evangelio et gratia dei, non hic vivunt nisi propter alios; nam vita eorum in hoc saeculo, eis iam non est necessaria. Sed quia dispensatio eorum aliis necessaria est, fit in eis quod ait idem apostolus: *Concupiscentiam habens dissolvi et esse cum Christo*; *multo enim magis optimum*; *manere in carne necessarium propter vos*. Quando autem videt homo ex dispensatione sua, ex laboribus suis, ex praedicatione sua non proficere homines, infirma-

15sq. 1 Ioh. 2,11 **5, 3** 1 Thess. 3,8 **7–9** Phil. 1,23*sq.*

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

15 Iohannes ait *tr. Sh$_1$* **16** ergo *om. Zh$_1$* | eat *ζ* | *tenebris *F χ γ ε$_2$ ε Sh$_1$* turbatur *β* **18** exstinguatur] hoc autem animadvertat unusquisque qui in pace hoc est in Christo qui pacem deus (*sic!*) commendavit vocatus est et in cuius nativitate summa pax per angelum nuntiata est hominibus si pro aliqua parva vel magna causa in odium proruperit nullam societatem cum pace hoc est cum Christo habere non poterit nisi per dignam emendationem penitentiae sequitur *add. F* | ergo iste et *F* **20** venter *α Zh$_1$* **22** licet[1]] et *add. ε$_2$ N Zh$_1$ Mn$_3$* | irascimus *F (ac.) Na$_1$* **23** tanto *S K* **24** corrigi *κ P$_8$*; corpori *Mc$_2$* | posset *δ (ac. G) Zh$_1$*; prosit *Mn$_3$ Sh$_1$* **5, 1** et anni mei **om. α* **3** tunc *Mn$_3$*; nec *Mc$_2$* **4** ex *om. P* | hi *Zh$_1$* **5** aliis *ε$_2$* | eis *om. P ε$_2$* **6** sit *Mc$_2$* idem apostolus ait *tr. Mn$_3$ Sh$_1$* **7** concupiscentia *P* **8** manere] autem *add. Mn$_3$ (pc.) edd* | necessarium *om. S K C (ac.)*; est *add. Y* **9** autem] enim *κ* nemo *α* (neminem *pc. F*) | dispositione *ε$_ω$* **10** non *om. Mc$_2$ Na$_1$*

tur in egestate vita hominis. Vere miserabilis egestas et fames, quandoquidem eos quos domino lucramur quodammodo manducat ecclesia. Quid est manducat? in corpus suum traicit. Quidquid enim manducamus, in corpus nostrum traicimus. Hoc agit ecclesia per sanctos: esurit quos lucrari vult, et quos lucrata fuerit manducat quodammodo; cuius personam gerebat Petrus, quando ei de caelo submissus est discus plenus omnibus animalibus quadrupedibus, serpentibus et volatilibus, quibus generibus omnes gentes significantur. Praefigurabat dominus ecclesiam, quod omnes gentes erat transvoratura et in corpus suum conversura, et ait Petro: *Macta et manduca*. 'O ecclesia – hoc est Petre, quia *super hanc petram aedificabo ecclesiam meam* – macta et manduca; prius macta et sic manduca; occide quod sunt et fac quod es.' Cum ergo praedicatur evangelium et videt qui praedicat non proficere homines, quare non clamet: QUONIAM DEFECIT IN DOLORE VITA MEA ET ANNI MEI IN GEMITIBUS; **INFIRMATUS EST IN EGESTATE VIGOR MEUS ET OSSA MEA CONTURBATA SUNT**? Anni nostri isti, quos hic ducimus, in gemitibus sunt. Unde? quia abundavit iniquitas, refrigescit caritas multorum, IN GEMITIBUS, non in cla-

mi 242

21 Act. 10,13 **21sq.** Matth. 16,18 **28sq.** Matth. 24,12

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

11 famis δ (*exc. A*) ε$_2$ **12** in domino *Sh*$_1$ | lucratur *Y* **13** traicitur *K* **14** traicimur ε$_2$ | ait α *S K* ε (*ac. X*) ζ **15** lucrare *P* ε$_ω$ (*exc. Zh*$_1$; *ac. X*) | quo α (*ac. F*; quod *Mc*$_2$) | lucrata fuerit] lucratur δ; aliquo modo *add.* κ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$; aliquando *P*$_8$) ζ *edd* **16** quomodo α **17** est *om.* α | quadrupedibus] omnibus *praem.* κ ε *Zh*$_1$ ζ; et *add. P* **18** reptilibus ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *Sh*$_1$ | volatibus *K F*$_5$ *Sh*$_1$ | generibus *om. K* **19** perfigurabat ε$_2$ **20** esset ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | transvolatura α ε$_1$ (*ac. Zh*$_1$) | et[1] *om. Mn*$_3$ | et[2] *om.* ε$_2$ *N Mn*$_3$ **21** o *om.* γ β φ | o ... manduca *om. P* | Petrus δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ; et super *add.* ε$_1$ **22** macta ... manduca (et *om.*) *tr. post* manduca (23) κ **24** quod α **25** clamat α **26** mea *om. S K* (*pc.*) | infirmata *F* (*ac.*) *Na*$_1$ (*ac.*) *Y N* (*ac.*) ζ *Vulg* Ψ$_{αβκ}$ | in egestate *om.* α (*ac. F*); in paupertate *F* (*pc.*) ε$_2$ *Mn*$_3$ ζ *Vulg* Ψ$_{αβκ}$ **27** virtus mea ζ *Vulg* Ψ$_{αβκ}$ **28** isti **om.* α (*ac. F*) ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | hic *om. Y* | dicimus *S K C* (*ac.*) *N* (*ac.*) *P*$_8$ ζ (*ac.*) sunt] suis *Mc*$_2$ | abundabit α (*ac. F*) *C* (*ac.*) *F*$_5$ δ (*exc. G*; *pc. A*) ε$_2$ *Sh*$_1$ *Vulg*; abundat *Zh*$_1$ **29** refrigescet *P Mc*$_2$ *Y* δ ε$_2$ (*pc.*) *Zh*$_1$ (*ac.*) *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ *Vulg* | non ... claris] quia non iudicaris *Y* | clamoris ζ

ris vocibus. Quando videt ecclesia multos in perversum ire, gemitus suos devorat apud se, ut dicat deo: *Gemitus meus non est absconditus a te* (in alio psalmo dicitur, sed congruit huic), et hoc est dicere: 'Gemitus meus etsi absconditus est ab hominibus, a te non est absconditus.' INFIRMATUS EST IN EGESTATE VIGOR MEUS ET OSSA MEA CONTURBATA SUNT. De hac egestate supra diximus; ossa vero fortes intelleguntur ecclesiae, qui etiamsi non conturbantur persecutionibus alienorum, conturbantur tamen iniquitatibus fratrum. 30 cc 206 ma 157

ps. 30,12 **(6.) SUPER OMNES INIMICOS MEOS FACTUS SUM OPPROBRIUM ET VICINIS MEIS NIMIUM ET TIMOR NOTIS MEIS.** SUPER OMNES INIMICOS MEOS FACTUS SUM OPPROBRIUM**:** Qui sunt inimici ecclesiae? pagani? Iudaei? Omnibus peius vivunt mali Christiani. Vis videre quam omnibus peius vivunt mali Christiani? De talibus dicit propheta Ezechiel, quia comparantur sarmentis inutilibus. Pone paganos ligna esse silvatica extra ecclesiam: adhuc potest inde fieri aliquid quomodo de lignis fabrilibus; est lignum fabro aptum, etsi adhuc nodosum et curvum et corticosum, tamen quod doletur, ascietur, deplanetur et possit venire ad aliquam fabricam usus humani; de sarmentis autem praecisis fabri nihil facere possunt; ignis ea solus exspectat. Attendite, fratres: Cum silvatico ligno ubique praeponatur sarmentum manens in 5 10

31sq. Ps. 37,10 **35sq.** *cf.* 11 **6, 6sq.** *cf.* Ezech. 15,2

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (*lo ma mi cc*)

30 gemitos *S* **32** huic] hic $ε_2 Mn_3$ | est *om.* $ε_ω ζ$ **33** dicere *om.* $Mc_2 Na_1$ | est absconditus *tr.* ζ | *om. X* **36** quae *F* (*pc.*) β | etiam *S C* (*ac.*) | turbantur Zh_1; conturbentur ζ **37** in iniquitatibus *F* δ **6, 1** factus sum] factum *S C* (*ac.*) **2** et[1] *om.* $Mc_2 Sh_1 Ψ_{αβκ}$ | nimis δ **3** factus sum] factum *C* **4** Iudaei] et qui *add. F* (*sl.*) **5** vis ... Christiani *om.* δ (*ac. G*) | quoniam Mn_3 | vivant $χ ε_2 Mn_3$ *edd* **6** qui α **7** salvatica *F K C* (*ac.*) ε (*ac. X*) **8** fabrilicus χ (fabrilicis *Y*) γ (fabrilicum *pc. C*) **9** etsi] et α (*ac. F*) **10** quod *om.* ζ; quo *S* γ (*ac.*) *X* (*ac.*) Zh_1 | dolet *S K C* (*ac.*); et *add.* Mc_2 | sarcietur χ γ (*ac.* Ar_1); sarciatur Ar_1 (*pc.*) β; et *add.* $Mc_2 ε_2 Mn_3$ | et] ut *F* (*pc.*) Na_1 *Y* ζ | aliquem δ **11** fabricam humanam Mc_2 | autem *om.* δ; aut Zh_1 **12** eas $ε_2$ **13** salvatico *S K C* (*ac.*) | ubique *om. Y*; ubi β; ibique δ (ibi *pc. A*) | praeponetur Zh_1

vite, quia sarmentum dat fructum, illud lignum non dat fructum, praeciso tamen sarmento de vite si comparetur lignum silvaticum intellegitur esse melius, quia de illo aliquid faber facere potest; haec autem non quaerit nisi qui foco ministrat. Attendens itaque multitudinem male viventium in ecclesia SUPER OMNES inquit INIMICOS MEOS FACTUS SUM OPPROBRIUM. 'Peius' inquit 'vivunt mali in sacramentis meis quam qui ad illa numquam accesserunt.' mi 243 Latine aperte cur non dicamus, vel quando psalmum exponimus? Et si aliis temporibus forte dicere non audemus, saltem necessitas exponendi habeat libertatem corripiendi. SUPER OMNES INIMICOS MEOS inquit FACTUS SUM OPPROBRIUM. De talibus dicit apostolus Petrus: *Facta sunt illis posteriora deteriora prioribus*; *melius enim illis erat non cognoscere viam iustitiae quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato*. Cum dicit: *Melius illis erat non cognoscere viam iustitiae*, nonne iudicavit meliores esse inimicos foris positos quam intus male viventes, quibus premitur et gravatur ecclesia? *Melius* inquit *illis fuerat non cognoscere viam iustitiae quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi* cc 207 *sancto mandato*. Denique vide quam horribili rei eos comparavit:

25–33 2 Petr. 2,20–22

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

15 sic α (*ac. F*) | comparatur *R* (*ac.*) ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | silvaticum lignum *tr. Y*; ligno silvatico δ | salvaticum *F S C* (*ac.*) **16** faber facere aliquid δ; faber aliquid facere *tr.* δ (*exc. G*) *edd*; faber facit ε$_2$ *Mn*$_3$ **17** hoc *P Ar*$_1$ (*pc.*) β φ *Sh*$_1$ *edd* | qui *om.* κ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$); ut ζ | ministret *P Y* β ε$_1$ ζ **18** multitudini δ | in ecclesia male viventium *tr.* ε$_2$ ε$_1$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | inquit *om. P* **20** mali] vel *Zh*$_1$; Christiani *add.* ζ | qui ad illam *F K*; qui ad illum *Mc*$_2$ *Na*$_1$ *C* (*ac.*) δ (*exc. G*; *ac. A*); illi qui *Zh*$_1$ *Mn*$_3$ ζ; qui β; quod illi qui γ (*pc. C*) ε$_2$ ε **22** et *om.* ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ | forte temporibus *tr. edd* | audeamus *Mc*$_2$ **23** habeat ... corripiendi *om. Mc*$_2$ inquit inimicos meos *tr.* ε$_ω$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ *edd* **25** illi ε (*ac. X*) | deteriora posteriora *tr.* ε$_ω$ *Mn*$_3$ ζ **26** erat illis *tr. Ar*$_1$ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *Vulg*; fuerat illis ε$_2$ *Mn*$_3$ *Sh*$_1$ cognoscentes α **27** reverti *Zh*$_1$ *Vulg* | melius] illis *praem.* δ; enim *add.* δ **28** illis *om.* β; illi ε$_2$ | erat illis *tr. N* (*ac.*) *edd* | viam iustitiae] iustitiam dei *Ar*$_1$ **29** esse *om.* ζ | quam *om. P* | *viventes male *tr.* α; viventibus male *P* δ **30** et] in *Mc*$_2$ | erat ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ **31** reverti *Zh*$_1$ *Vulg* **32** deinde β

Contigit illis res veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum. Istis itaque talibus cum sint plenae ecclesiae, nonne veraciter illic dicunt pauci, immo ex paucorum voce ipsa ecclesia: SUPER OMNES INIMICOS MEOS FACTUS SUM OPPROBRIUM ET VICINIS MEIS NIMIUM ET TIMOR NOTIS MEIS? Vicinis meis nimium opprobrium factus sum, id est qui mihi iam propinquabant ut crederent, hoc est vicini mei, nimium deterriti sunt mala vita malorum et falsorum Christianorum. Quam multos enim putatis, fratres mei, velle esse Christianos et offendi malis moribus Christianorum? Ipsi sunt vicini qui iam propinquabant, et nimium opprobrium illis visi sumus.

(**7.**) TIMOR factus sum NOTIS MEIS. Quid tam timendum? TIMOR inquit factus sum NOTIS MEIS. Quid tam timendum quam cum videt homo multos male viventes et de quibus bene sperabatur in multis malefactis inventos? Timet ne tales sint omnes et quos putabat bonos, et veniunt in suspicionem malam prope omnes boni. 'Qualis vir! quomodo cecidit! quomodo inventus est in illa turpitudine, in illo scelere, in illo facto malo! Putas non tales sunt omnes?' Hoc est TIMOR NOTIS MEIS, ut et ipsis quibus noti sumus, plerumque in dubium veniamus. Et nisi te consoletur quod es, si aliquid es, non credis esse alterum talem. Consolatur hominem qualiscumque conscientia, ut dicat sibi homo qui bene

ma 158

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

33 contingit *edd* | res] esse χ C (*ac.*) | reversus] est *add.* δ (*exc. A*) | vomitum suum *tr.* δ (*exc. A*) Zh$_1$; vomitum *K* **34** isti ε$_2$ **36** et *om.* Mc$_2$ Ψ$_{αβκ}$ **37** nimis δ (*sl. A*) **38** appropinquabant ζ *edd* **39** vicinis meis ε$_2$ Mn$_3$ **40** fratris ε (*ac. X*) **41** et] sed *Y edd* **42** appropinquabant *F edd* | nimirum χ γ (*ac.* Ar$_1$) ε P$_8$ **7, 1** *quid ... meis *om. P K* Ar$_1$ δ ε$_2$ Mn$_3$ **2** tam] enim *F* **3** speratur ε$_2$ Mn$_3$ **4** timent *P* | et *om.* ζ *edd* **5** putabant *P Y* (*ac.*); putant α (*ac. F*) suspicione mala κ (*ac. C*) **6** bonos *K* | quomodo cecidit *om.* α **8** et *om.* α **10** quid χ C (*ac.*) | si ... es *om.* Mn$_3$ | non credes credes *P* δ (*exc. G*; *ac. A*); noli credere *Y*; alterum *add.* δ | esse *om. P* | alterum esse *tr.* ε$_2$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$ **11** ut *om.* Zh$_1$; cum *fortasse addendum*

vivit: 'O tu qui modo vereris ne tales sint omnes, tu talis es?', respondit conscientia: 'Non sum.' Ergo si talis non es, solus es? Vide ne peior sit ista superbia quam illa nequitia. Noli solum te dicere. Nam et Elias aliquando taedio multitudinis impiorum ait: *Prophetas tuos occiderunt*, *altaria tua suffoderunt*, *et ego relictus sum solus*, *et quaerunt animam meam*. *Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem milia virorum*, *qui non curuaverunt genua ante Baal*. Ergo, fratres, inter haec scandala unum est remedium, ne male sentias de fratre tuo. Humiliter esto quod vis eum esse: et non eum putabis esse quod non es.

Sed tamen fit timor etiam notis, etiam expertis: **(8.) QUI VIDEBANT ME, FORAS FUGERUNT A ME.** Ignoscendum esset si foras fugissent a me qui non videbant me: etiam qui videbant me foras fugerunt a me. Sed si qui me non videbant foras fugerunt (nec dicendum est 'foras fugerunt', quia intus non fuerunt; si intus fuissent, vidissent me, id est cognovissent corpus Christi, cognovissent membra Christi, cognovissent unitatem Christi) – illud est magis gemendum, illud omnino intolerabile, quia multi, qui vide-

mi 244
cc 208

7, 16–19 Rom. 11,3*sq.* (*cf.* 3 Reg. 19,10.18)

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) φ (δ (*A G*) ε$_ω$ (ε$_2$ (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε$_1$ (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

12 modo qui *tr. Mc*$_2$; qui homo *F Na*$_1$ | modo vereris] moveris *P* χ *C* (*ac.*) respondet *Ar*$_1$ (*pc.*) β *X* (*pc.*) *Zh*$_1$ *Mn*$_3$ ζ *Sh*$_1$ *edd*; respondeat *P* **13** conscientia tua α *Sh*$_1$ | si] tu *add.* φ (*sl. Lx*$_2$) *Sh*$_1$ **14** noli] si vis β; nisi *Zh*$_1$ | te solum *tr. Zh*$_1$ | te *om. Y* **15** impiorum] affectus *add.* ζ **16** sum relictus *tr. Mn*$_3$ **17** solum *F* **18** genu χ *Vulg* **19** remedium] unum est *add. Mn*$_2$ **20** mala γ β | sentias male *tr. F* | quod] non *add.* α **21** et] quod *add. Zh*$_1$ | putabis eum *tr. Sh*$_1$ *edd* | est *K Zh*$_1$ **22** sit α β δ *Zh*$_1$ *edd* | etiam sit timor notis etiam ζ | etiam timor *tr. edd* **8, 1** viderunt δ **2** foris *S Y* γ (*ac.*) ε$_ω$ (*exc. P*$_8$; *pc. N Zh*$_1$; *ac. X*) Ψ$_{αβκ}$ | fugiebant *P* ε$_2$ *Mn*$_3$ Ψ$_{αβκ}$ | foris ε$_2$ *X* (*ac.*) *P*$_8$ **3** fugisset *S* δ (*ac. A*) | me non (non me *tr. Mc*$_2$) videbant *tr.* α | me^2 *om.* χ γ | etiam ... fugerunt^2] sed fugerunt a me foras qui me videbant *Mc*$_2$ | viderunt ε$_2$ *Mn*$_3$ | foris ε$_ω$ (*exc. Zh*$_1$; *ac. X*) **4** fugiebant ε$_2$ *Mn*$_3$ | si *om. F K Y* | viderunt ε$_2$ *Mn*$_3$ foris χ ε$_2$ *X* (*ac.*) *P*$_8$ *Mn*$_3$ | fugerunt^2] a me *add.* κ δ ε$_ω$ (*exc. Lx*$_2$) ζ *edd* **5** si intus] finiti *Mc*$_2$; non *add. S* γ ε; enim *add. edd* **6** agnovissent *P* | cognovissent^2 ... Christi *om.* ε$_2$ *Mn*$_3$ **7** veritatem *Mn*$_3$ | est *om. Mn*$_3$ **8** quam *Mn*$_3$

runt me, foras fugerunt a me, et qui cognoverunt quid esset ecclesia, exierunt foras et haereses et schismata contra ecclesiam fecerunt. Hodie hominem invenis verbi gratia natum in parte Donati; nescit quid sit ecclesia, ubi natus est tenet: non illi evellis consuetudinem quam suxit cum lacte nutricis; illum, illum da qui volvitur cotidie in scripturis, qui legit, qui praedicat; itane tandem non ibi videt: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae?* non ibi videt: *Commemorabuntur et convertentur ad dominum universi fines terrae et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium?* Si vides ibi totius orbis unitatem, quid foras fugis, ut non solum ipse patiaris, verum et aliis facias caecitatem? QUI VIDEBANT ME, id est qui noverant quid sit ecclesia, qui eam in scripturis intuebantur, FORAS FUGERUNT A ME. Putatis enim, fratres mei, quia illi omnes qui fecerunt haereses per loca et partes, non noverant in scripturis dei, quia ecclesia non est praedicata nisi toto terrarum orbe diffusa? Vere dico caritati vestrae: certe omnes Christiani sumus vel Christiani omnes dicimur et omnes Christi signo signamur; obscurius dixerunt prophetae de Christo quam de ecclesia, puto propterea quia videbant in spiritu contra ecclesiam homines facturos esse

8, 15sq. Ps. 2,8 **16–18** Ps. 21,28

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (lo ma mi cc)

9 foris $ε_2$ | et *codd*; id est *edd* | ecclesia quid esset *tr. F*; quidem ecclesiam *K β* **10** schisma *χ C (ac.)* **11** invenis hominem *tr. α* | invenies *ζ* | natum *om. ζ*; *tr. post* parte *α*; natus *P* **12** evelles *P Zh$_1$* | consuetudine $ε_2$ **13** nutries $ε_2$ illum^2 *om. γ β φ (exc. P$_8$)* **14** quae (*bis*) $ε_2$ | qui praedicat qui legit *tr. Ar$_1$* **16** tuam^1 *om. χ C ε$_ω$ (exc. Lx$_2$; ac. X)* **17** convertantur *δ*; converteruntur *F* ad] a *ε (ac. X)* | universae *δ* **18** omnes *C (pc.) β ε$_ω$ Mn$_3$ ζ Sh$_1$* | familiae *Ar$_1$* **19** foris *F* | solus patiaris ipse *ζ* | ipsi *K* | patiaris] umbram *add. ζ* **20** verbum $ε_ω$ *(exc. Lx$_2$)*; sed *add. X (sl.) Zh$_1$* | me id] id quod *P* | qui *om. K* noverunt *δ* **21** eam] etiam $ε_ω$ *Mn$_3$ ζ* | foris $ε_2$ *ε (ac. X) Ψ$_{αβκ}$* | fugerunt foras *tr. β* **22** haereses fecerunt *tr. β* **23** haeresis *K* | noverunt *Y δ* **24** qui *F C (ac.)* | praedicata est *tr. Ar$_1$* | praedicta *Mc$_2$ edd* | terrarum *om. χ C (ac.)* orbe terrarum *tr. P δ* | diffusa *om. Mc$_2$* **25** simus *Y* | omnes christiani *tr. F* **27** prophetae] tam *add. Zh$_1$* | propterea] prophetare ea *K* **28** quia ... contra *om. Mc$_2$* | ecclesia $ε_2$ | facturus *S (ac.)* $ε_2$

particulas et de Christo non tantam litem habituros, de ecclesia
30 magnas contentiones excitaturos. Ideo illud, unde maiores lites futurae erant, planius praedicatum, apertius prophetatum est, ut ad iudicium illis valeat qui viderunt et foras fugerunt.

(**9.**) Exempli gratia unum commemoro: Abraham pater noster fuit non propter propaginem carnis, sed propter imitationem
ma 159 fidei; iustus et placens deo per fidem suscepit filium sibi promissum Isaac de Sara sterili uxore sua in senectute sua; iussus est im-
5 molare deo eundem filium, nec dubitavit nec disceptavit nec de iussu dei disputavit nec malum putavit quod iubere optimus potuit: duxit filium suum ad immolandum, imposuit ei ligna sacrificii, pervenit ad locum, erexit dexteram ut percuteret, eo prohibente deposuit quo iubente levaverat; qui obtemperaverat ut feri-
10 ret obtemperavit ut parceret, ubique oboediens, nusquam timidus; ut tamen impleretur sacrificium et sine sanguine non discederetur, inventus est aries haerens in vepre cornibus, ipse immo-
cc 209 latus est, peractum est sacrificium. Quaere quid sit: figura est Christi involuta sacramentis. Denique ut videatur discutitur, ut
mi 245 videatur pertractatur, ut quod involutum est evolvatur: Isaac tamquam filius unicus dilectus figuram habens filii dei, portans ligna sibi, quomodo Christus crucem portavit. Ille postremo ipse

---

9, 3sq. *cf.* Gen 21,2*sq.* **4–13** *cf.* Gen. 22,1–13 **17** *cf.* Ioh. 19,17

P α (*F Mc*$_2$ *Na*$_1$) κ (χ (*S K Y*) γ (*C Ar*$_1$) β (*R Ro*$_{11}$ *F*$_5$)) ϕ (δ (*A G*) ε_ω (ε_2 (*Lx*$_2$) ε (*N X*) ε_1 (*Zh*$_1$ *P*$_8$)) *Mn*$_3$ ζ) *Sh*$_1$ *edd* (*lo ma mi cc*)

---

29 particulos ε_2 | tantum *Mc*$_2$ *C* (*ac.*) | lites *F* **30** tentationes β | illud ideo *tr.* δ **31** praedictum et *edd* | prophetatum] praedicatum *vl. F* **32** et *om.* α (*ac. F*) **9, 1** commemorabo *cett edd* **2** fuit *om. Ar*$_1$ *Sh*$_1$ **4** sterile *C* (*ac.*) ε_2 ε (*ac. X*) | senecta *P* | iustus *Zh*$_1$ **5** filium *om.* χ *C* (*ac.*); suum *add.* δ | nec disceptavit *om.* ε_2 **6** iusso *K* γ (*ac. C*) ε *P*$_8$ (*ac.*) | optimum α | potuit optimus *tr. Zh*$_1$ **7** suum *om.* χ *C* (*ac.*) | sacrificium ε_2 **8** de terram ε_2 **9** quod *K*; qui *Zh*$_1$ | cui *Mn*$_3$ **10** tumidus β **11** adimpleretur *Mc*$_2$ | et] tamen *add.* δ **12** est *om.* χ (*ac. Y*) γ (*ac. C*) | cornibus in vepre *tr. Ar*$_1$ **13** quaere *iter.* χ; quare ε_2 *N* (*ac.*) | est[3] **om.* κ (*exc. Ar*$_1$; *ac. C*); enim α **14** ut[1] ... discutitur *om.* ε_2 *P*$_8$ (*ac.*) **15** quid *S K C* (*ac.*) **17** crucem] sibi *add.* δ | ille] ipse *X Zh*$_1$ (*pc.*)

aries Christum significat. Quid est enim haerere cornibus nisi quodam modo crucifigi? Figura est ista de Christo. Continuo praedicanda erat et ecclesia, praenuntiato capite praenuntiandum erat et corpus; coepit spiritus dei, coepit deus ad Abraham praedicare velle ecclesiam et tulit figuram. Christum figurate praedicabat, ecclesiam aperte praedicavit. Ait enim ad Abraham: *Quoniam obaudisti vocem meam et non pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicens benedicam te et implendo implebo semen tuum sicut stellas caeli et arenam maris, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae*. Et paene ubique Christus aliquo involucro sacramenti praedicatus est a prophetis, ecclesia aperte, ut viderent illam et qui futuri erant contra illam et impleretur in eis ista nequitia quam praedixit psalmus: QUI VIDEBANT ME, FORAS FUGERUNT A ME. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis*; hoc apostolus Iohannes de illis dixit.

ps. 30,13 (10.) **OBLITUS SUM TAMQUAM MORTUUS A CORDE.** OBLITUS SUM in oblivionem veni; obliti sunt me illi qui viderunt me; obliti sunt me et sic me sunt obliti, tamquam mortuus fuerim a corde ipsorum. OBLITUS SUM TAMQUAM MORTUUS A CORDE; **FACTUS SUM TAMQUAM VAS PERDITUM.** Quid est hoc: FACTUS SUM TAMQUAM VAS PERDITUM? Laborabat iste et nulli proderat:

23–27 Gen. 22,16*sq.* **31** *cf.* 1 Ioh. 2,19

P α (F Mc$_2$ Na$_1$) κ (χ (S K Y) γ (C Ar$_1$) β (R Ro$_{11}$ F$_5$)) φ (δ (A G) ε$_ω$ (ε$_2$ (Lx$_2$) ε (N X) ε$_1$ (Zh$_1$ P$_8$)) Mn$_3$ ζ) Sh$_1$ edd (*lo ma mi cc*)

